act.emp.sed nō equiparātur quo ad disponendū.Ita dicit gl.no.
in.l.sed ⁊ si possessori.§.itē si iurauero.ff.de iureiu.¶ Quarto alle
gant do.l.omniū.et.l.si nō speciali.C.de testa.rn̄de qꝺ in illis locis
nihil dicitur:vtrū testamentū tale trahat ad bona alibi existētia:
ideo in illis.ll.nō potest fieri stringens fundamentū.propterea in
l.omniū,testm̄ valet de iure cōi.¶ Vltimū allegať tex.in.l.fi.C.de
testa.rn̄de vt dixi:q: ibi de bonis nihil diciť.¶ Vel melius rn̄de
ꝙ illa.l.fi.loquiť in ipsismet rusticis quorū ꝯsuetudo erat cōfirma
ta ab imperatore,si ipsi faciāt consuetudinē approbatā,fateor ꝙ
valeat vbiqꝫ:sed nos loquimur nō in ciuibus quorū est statutum
vel cōsuetudo,sed bene loquimur in forēsibus testātibus fm illā
consuetudinem:⁊ sic ille tex.probat qꝺ si vnus ciuis Venetiarum
testetur scꝺm consuetudinē Venetiarū in loco Venetiarum bene
trahit ad bona alibi existētia:sed nos disputamus an forēsis qui
ibi testetur habeat locū quo ad bona alibi sita.Vltra doc.pro cōi
sentētia addo tex.q non allegať in cōmuni in.l.in hac.C.de dona.
93 ⁊ ibi Bal.in primo no.expresse no.ad hoc † qꝺ actus qui sortiť vi-
res in vno loco ꝓpter statutū illius loci,hꝫ etiā vires in toto mū-
do.Et illud facit fm eū ad forēsem testantē Venetijs cū duobus
testibus,qꝺ illud testm̄ vbiqꝫ valebit:similē tex.addo in.l.data.in
fi.C.de don.vbi formaliter inquit tex.gesta aūt confici etiā super
rebus alibi collocatis sufficit.Sed rn̄de qꝺ illa iura loquunť quo
ad insinuationē donationis,cuius solennitas vbicūqꝫ est vnifor-
mis.l.sancimus.⁊ ibi expresse no. Bal.C.de diuer.rescrip.Vltra
94 hoc etiā facit:† q: tutor datus in vno territorio extendiť ad bo-
na vbicūqꝫ existentia in alijs territorijs:licet possit se excusare.l.
95 propter litem.§.licet.ff.de excu.tuto.¶ † Eodē modo interdictio
administrationis facta alicui tanꝗ̄ prodigo in vna ciuitate exten
ditur ad bona vbicūqꝫ sita:vt probať in.l.is cui bonis.ff.de verbo.
oblig.iuncta.l.iulianus.ff.de cu.fur.Sed respōde etiā per funda-
mentū qꝺ feci:qꝺ loquiť in actu facto ⁊ valido de iure cōi qui be-
96 ne vbicūqꝫ extendiť.Vltimo adduci potest † qꝺ decretū iudicis
super alienatione rerū immobiliū minoris extendiť ad bona ali-
bi sita in quoqꝫ territorio.l.magis puto.§.non passim.ff.de reb.
eorū.respōde vt dixi:q: ibi in actu valido de iure cōi.Vel respōde
qꝺ ideo illud decretū extēditur ad bona alibi sita:q: istud nō po-
test preiudicare minori:nā si ex hoc fuerit lesus nō obstante decre
to pōt in integrū restitui.tex est magistralis.in.l.si quidem.C.de
pre.minorū.⁊ ex istis videtis articulum esse disputabilem:⁊ de fa-
cili posse defendi vtrāqꝫ opi.Tamē cōmunis opi.est qꝺ trahatur
ad bona vbicūqꝫ existētia:⁊ heres vbicūqꝫ succedet.In quo pun
cto vide etiam per Ioā.an.in addi.Spe.in.d.§.cōpendiose.in ad-
di.que incipit Cy.in.l.j.Bal.in.l.fi.C.de testa.⁊ Imo.in.l.iij.ff.eo.
Et per ista cum Laude Dei sit impositus finis huic.l.j.Papie.
Ias.May.iur.vtri.doct.

¶ De sacrosanctis ecclesijs:de rebus ⁊ priuilegijs earum. Rubrica.

1 ☞ Relictum ecclesie vel venerabili loco nō vitiatur ratione incertitudinis.
2 Si testator relinquat centum ecclesie,et non dicat cui,de qua est intelligendum.
3 Dictio liber:quid importat.
4 Si nouitius steterit in religione per plures annos,⁊ nunꝗ̄ fecerit professionē,⁊ velit ad seculum reuerti,non tenetur soluere expensas monasterio.
5 Qui potest libere actum facere,poterit sine cuiusquā requisitione vel licentia facere.
6 Stante statuto qꝺ potestas possit in criminalibus libere inquirere:non tamen potest non precedente.fama vel plus ꝗ̄ fama vel indicijs inquirere,⁊ quid poterit tunc facere.
7 Fideiussor promittens soluere libere sine aliqua exceptione,non per hoc intelligiť renūtiasse beneficio de fideiusso.quin prius excuti debeat principalis debitor:cū istud veniat ex natura actus.
8 Stylus quot modis capiatur.
9 Multe sunt persone que testari nō possunt.
10 Inhabiles ad testandum non habilitantur per hanc legem.
11 Vbi tractatur de fauore publico,verba generalia nō restringunť ad personas habiles,imo intelliguntur etiam de inhabilibus.
12 Stante statuto,qꝺ forensis non possit acquirere immobilia in ciuitate,si fiat proclama qꝺ quicūqꝫ ceperit talem malefactorē consequatur talem domū,si forensis ceperit,non ob.tali statuto cōsequetur talem domum.
13 Quādo tractatur de fauore publico,lex,quātūcunqꝫ penalis,cēsetur fauorabilis ⁊ extendenda.
14 Si princeps concedat priuilegium et in concessione addit verbum libere,tale verbum importat vt vltra ius commune indulgeatur.
15 Priuilegiū principis nemini damnosum, latissime est interpretandum.
16 Priuilegia principis concessa motu proprio,ad vnguē sunt seruanda prout sonant verba absqꝫ vlla restrictione.
17 In dubio priuilegium presumitur concessum ad postulationem partis.
18 Priuilegium etiam contra ius cōmune et alteri nociuum debet tamē intelligi scꝺm qꝺ verba sonant ⁊ importare possunt ex proprio significatu verborum.
19 Solennitates requisite a iure ciuili in testamētis,nō intelligūtur sublate per hanc.l.quando quis testareť ad pias causas.
20 Fauore liberorū valet testamentuꝫ patris sine aliqua solēnitate iuris ciuilis.
21 Legatum libertatis est pium.
22 Nedum sustinetur institutio ad pias causas corā duobus vel tribus testibus,sed etiaꝫ relicta in illo testamēto alijs personis priuatis mere laicis.
23 Filiusfa.cum consensu patris potest ad pias causas testari.
24 Si in testamēto minus solēni esset institutus extraneus quāuis multa legata essent facta pijs causis,tamen nihil valerent.
25 An.l.nostra solum loquatur in constituto in articulo mortis.
26 Verba.l.enuntiatiua nihil disponūt,nisi legislator principaliter se fundat in isto enuntiato.
27 Si.l.facit mentionem de aliqua dictione ratione frequentioris vsus,per hoc non intelligitur excludere de alijs.
28 Qui dicantur in extremis laborare.
29 An legata ad pias causas hereditate nō adita debeantur.
30 In ecclesia ⁊ pia causa seruandum est ius commune sicut in alijs nisi expresse contrarium sit statutum.
31 Libertas ⁊ pia causa equiparantur.
32 Per existentiam suitatis sicut sustinētur legata libertatum,ita ⁊ legata ad pias causas.
33 Legata ad pias causas que non recipiunt dilationem debentur hereditate non adita.
34 An ⁊ quando dicatur relictum ad pias causas.
35 Relictum causa studij nō dicitur relictuꝫ ad pias causas,nisi sit pro studio sacre theologie:ideo non valet sine insinuatione.
36 Statuta loquentia de testamēto,nō comprehendunt testamēta condita ad pias causas.⁊ nu.38.39.40.⁊.41.
37 Verba generalia statutorum non includunt casum contra libertatem.

a ¶ Testator non pōt.ad de Bart.in aut.si q̄ mulier.in.vj.q.j.eo.



Habeat vnusquisq;. Ad eui dētiam
premitte, qđ ista lex legitur altero de duob⁹ mo-
dis. Uno modo fm gl. ꝛ doc. qđ p hāc. l. nihil de-
roget iuri cōi, nec circa personā testatoris. nec cir
ca solēnitates testamēti. Et sic intelligit tex. vnus
quisq;: scz habilis, ꝛ in testamento alias solēni. Scđo modo legit
fm Bart. in repe. in. ij. et. iiij. col. ꝛ eius intellectus discrepat a cōi
in tribus. Primo in generalitate, ibi vnusquisq;: qꝛ intelligitur
etiā inhabilis. Scđo qꝛ ista lex intelligit de quacūq; vltima volū
tate etiā nō solenni. Tertio qꝛ Bar. restringit istā. l. vt solū proce-
dat in testatore cōstituto in articulo mortis, p text. in verbo dece-
dens. Et ita inferius faciā tres articulos principales. ¶ Diuide
istā. l. in tres partes. vt p Bar. Casuz in hoc. l. ample figurat bar.
in repe. in. iij. col. ꝛ Sali. ꝛ Pau. de cast. Sed tu vide omnino tex. po-
nentē a quo ꝛ ob quā causaz facta sit ista lex. in. c. futurā ecclesiaz.
1 xij. q. j. ¶ No. j. fm Bart. ꝛ doct. † qđ relictū ecclesie vel venerabili
loco non vitiat rōne incertitudinis: facit. l. id qđ pauperibus. j. de
a epi. ꝛ cle. Quid ergo si testator[a] relinquat centū ecclie p anima, ꝛ
nō dicat cui ecclesie: de qua in dubio intelligit. Uideret dicendū
qđ de ecclesia maiori, ꝛ sic cathedrali, p text. in. §. si quis in noie. in
aut. de ecc. tit. coll. ix. ꝛ ita tenent Jo. fab. et Angel. de are. in. §. sed
ius qdē ciuile. p illū tex. insti. de iure na. gē. ꝛ ciuili. Ueritas est qđ
in dubio intelligit de ecclia parochiali, ex quo ab ea pcipit sacra-
mēta ecclesie. c. fi. de sepul. Ita tenet Cy. hic: in. v. q. Sali. ꝛ Paul.
de ca. hic: arg. text. no. in. l. q̄ cōditio. §. fi. ꝛ ibi Bar. idē. tenet. ff. de
cōdi. ꝛ demō. Spe. ꝛ Jo. an. in ti. de instru. edi. §. nūc vero aliqua.
ver. quid si testator. Pet. de ancha. Imo. in. c. relatū. ij. de test. Jo.
and. in. c. cū qs. de sepul. in. vj. in nouel. Ang. in. §. si vero. in aut. de
2 nō alie. coll. ij. † Si autē haberēt duas parochias: vl in vna essent
psbyteri. in dubio cēseret relictū pauperiori p tex. no. in. §. duo qs in
noie. in aut. de eccle. ti. coll. ix. de quo vide per Cy. hic: i. vj. q. Sali.
pau. de ca. hic. Cy. ꝛ bal. in. l. cū multe. C. de dona. añ nup. cano. in
c. fi. de sepul. Et qđ in simili determināt bal. et Imo. in. l. si dom⁹.
in prin. ff. de leg. j. ¶ Scđo pondera text. in verbo bonor. hic pro-
bari qđ etiā qs qñ testat ad pias causas: tñ nō pōt grauare here-
dē vltra vires hereditarias, cū bona intelligant deducto ere alie-
no. l. subsignatū. §. bona. ꝛ. l. princeps bona. ff. de verb. signi. ꝛ. l. nō
3 possunt. ff. de iu. fis. ¶ Tertio pōdera tex. in ver. liber. † nā Barto.
hic: in repe. in. vj. q. princ. intelligit liber ab omni solēnitate iuris
ciuilis: qꝛ per hanc cōcessionē liberā, intelligunt solēnitates iuris
ciuilis remisse: facit qđ vult Bal. in. c. j. in. j. colū. super illo text. in
b verbo libere.[b] de resc. qđ dictio liber: significat libertatez ab omni
solēnitate legū, per istū text. nostrū, facit qđ vult idē Bal. in. c. que
in ecclesiarū. ij. col. de constit. qđ liberū dicit illud qđ ab oī necessi
tatis obseruātia ꝛ solennitate est abstractum. l. j. ff. de testa. mili.
Alibi tñ idē bal. i. c. j. §. ad h. i fi. de pa. iur. fir. in vsi feu. Not. ex illo
tex. in ver. liberā facultatē. qđ lz vbū liberā, videat significare pcisaz
libertatē: tamē intelligit obseruato ordine iuris. Adde etiam qđ
iste termin⁹ libere, importat qđ sine vlla diminutione et ꝯdictione
res effectū sortiat: ita probat tex. in. c. pmo. in pn. in ver. libere. cū ibi
notatis per Joā. and. de regula. in. vj. Per qđ verbū dicit ita Se-
4 mi. probari illud de quo vidi als dubitari. † Si nouitius[c] per plu-
c res annos steterit in religione, nūq̄ tñ professionem fecerit et ve-
lit ad seculū reuerti qđ nō teneatur monasterio aliquas expēsas
soluere, cū tex. ibi permittat qđ libere possit exire de quo vltimo
dubitat do. Alex. ꝛ tenet qđ ille tex. hoc nō probet, in cōsi. xij. in. ij.
vol. qđ incipit viso themate ante scripto. in. iij. col. Istis adde text.
in. c. cū episcopus. in ver. libere. de offi. ordi. in. vj. iuncta expositiōe
Jo. an. ꝛ Archi. ibi, qui exponūt libere: idest sine alicuius cōtradi
ctione gl, ꝛ doct. in. c. romana. §. j. ver. libere. de censi. in. vj. ꝛ in. c. cū
plures. de offi. dele. eo. lib. do. Alex. in cōsi. clvj. qđ inci. viso ꝛ cōsy
derato themate subscripto. in. ij. col. in. ij. volu. alibi dicit Bal. in
c. irrefragabili. in prin. in. j. col. de offi. ordi. per aduerbiū libere im
pediri appellationē. qđ multū no. adde etiaz tex. in. c. de multa. in
5 ver. libere cōfirmat. de prebē. ꝛ ibi Panor. in. j. col. † qđ qui libere
pōt actū facere certe poterit sine cuiusq̄ requisitione vel licētia, qđ
semp est no. scđm eū: ꝛ Bal. in. d. c. que in ecclesiarū. in. ij. col. p illū
tex. in verbo liberū. dicit qđ istud verbū significat q nō tenet con-
sensum dñi requirere: ꝛ ibidē do. Ant. de but. in. iiij. no. adde etiā
tex. in. c. ij. in ver. libere. cū glos. de arbi. in. vj. vbi habes qđ verbuz
libere importat qđ solus sine socio possit procedere: adde etiā gl.
in cle. dudū. in ver. libere, de sepul. ꝛ que dicā. j. in gl. ¶ Pro modifi-
6 catione tñ pdictorū duo bene no. † Primū qđ stāte statuto, q po
testas possit in criminalibus libere inquirere: tñ propter istud ad
uerbiū libere, nō poterit inquirere non precedente fama vel plus
quā sit fama vel indicia. text. est no. in. c. pmo cū gl. j. ꝛ ibi Bal. ad
hoc no. de offi. ordi. ¶ Cōfirmo pulchro simili. qꝛ ptās vl iudex q
ex forma statuti hz amplū arbitriū procedēdi in criminalib⁹: tñ
per hoc quātūcūq; amplū arbitriū habeat, nō poterit aliquē po-

a ¶ Quid si testator. ad de gl. in ver. in loco. et ibi doc. ꝛ maxime Barb. i ca. nos qdē. de test. Pe. de anch. in repe. c. canonū statuta. de ꝯsti. doc. in. c. j. de sol.

b ¶ In verbo libere. adde de isto verbo gl. in verbo libere. i cle. fin. de eta. ꝛ quali. gl. in verbo libere. in cle. dudū. de sepul. gl. in. c. ordinarij. de off. ordi. lib. vj. doc. in ca. lz epo. de pbē. li. vj. Rap. cu. ꝯs. cxiiij. inci. Antonius bened.

c ¶ Si nouitius. Adde doc. i. c. causam matrimonij. de p batio.

d ¶ Multe sunt psone. adde Abb. diffuse i rubri. de testa. allegādo. d. glo. in. d. l. si queramus. p allegādo.

nere ad torturā nō precedentibus. legitimis indicijs fm Pau. de
eleaza. in. c. grauis. in vlti. colū. de depo. ꝛ ante eū Albe. de gan. in
tract. malefi. dū tractat de tormētis. in rub. an ptās q hz arbi. do.
Alex. in cōsil. lxv. q incip. habita sup cōtentis. in. ij. col. in. j. vol. q
bene ꝛ ppetuo no. Quid aūt possit facere ptās q ex forma statuti
hz liberū arbitriū: est diffusa materia quā ponūt Bart. ꝛ alij. in. l.
filiusfa. in prin. ff. de dona. ꝛ in extrauagā. ad repri. in ver. videbi-
tur. cū multis cōcor. traditis per do. Alex. in. l. milites. C. de testa.
7 mili. ¶ † Scđo aduerte qđ fideiussor pmittēs soluere libere sine
aliqua exceptione: nō per hoc intelligitur renūciasse beneficio de
fideius. quin prius excuti debeat principalis debitor, cū istud ve-
niat ex natura actus. l. quero. §. inter locatorē. ff. loca. et illa verba
sine aliqua exceptione intelligunt solum de friuola. c. ex parte. ij.
de offic. deleg. ita. Ludo. ro. in consi. ccij. qđ incip. allegatione exi
8 mij doctoris. in. ij. colū. ¶ † Quarto pondera tex. in verb. stylus.
Gl. intelligit de testamēto in scriptis: forte a stylo ferreo quo scri-
bitur: sed Bar. j. in repe. in. vj. q. prin. intelligit istū tex. ibi stylus.
idem quod ordo. l. si quādo. C. de bo. vocan. lib. xij. c. graui. de cri.
fal. Tu dic qđ dictio stylus: multipliciter capit: vt patet ex dictis
per Bar. in repe. l. de quibus. in. vij. colū. ff. de legi. Bal. in rub. ex
tra de rescri. in. iiij. col. Ang. in. l. testamēta oia. C. de testa. cano. in
ca. fi. de consue. vbi Jo. and. declarat quid differat stylus a cōsue-
tudine. ¶ Sed quantū ad propositū aliqñ stylus capit pro dispo
sitione in scriptis redacta vel redigēda: ita capitur in hac. l. iūcta
gloss. Aliqñ capitur pro cōsuetudine iudiciali alicuius curie: vt
in. c. graui. de cri. fal. ꝛ in. c. ex literis. de cōsti. declarat Cyn. in. l. ij.
C. que sit lon. cōsue. ¶ Capio gl. primā paruā. in ver. vnusquisq;.
9 que. exponit: scz habilis. † Hoc ideo fecit: qꝛ multe sunt persone[d]
d que testari nō possunt: enumerate per gl. in. l. si queramus. ff. de te
sta. per cōsequēs nec possunt codicillari. l. ij. de leg. j. Et sic habes
ex hac gl. qđ per istā. l. inhabiles ad testandū non habilitantur vt
possint testari ad pias causas. Et cū gl. transeūt oēs, vt. j. dicā. so-
lus Bar. in repe. in. ij. col. ꝛ melius in. iiij. reprobat istū intellectū
et intelligit text. prout iacet vnusquisq;: scz etiam inhabilis, per
quinq; fundamenta de quibus hic per eū. ¶ Sed caue: quia pre-
supponit q ante hāc. l. posset relinqui collegio christiano seu reli
gioso, qđ non videt bene dictū per tex. in. c. futurā ecclesiā. xij. q. j.
Limita tñ nisi esset inhabilis ad testandū propter defectū intelle
ctus vt in furioso, mēte capto, ꝛ infante, in illis nō intelligit dispē
satū per hāc. l. sicut nec in militib⁹. l. fi. C. de testa. mili. ꝛ probat in
hoc tex. in ver. iudicia. ꝛ in ver. volūtatis. que nō cadunt in talib⁹
personis: similiter scđm eū nō est dispēsandū per hanc. l. in dāna-
tis ad mortē, cū sint serui pene, nec bona habeāt, sicut nec in mili-
te. l. ex militari. in princ. a ꝯrio sensu. ff. de testa. mili. nec in mona-
cho aut seruo. Nec in eo q est dubius de statu suo, sicut nec in mi
lite. d. l. ex militari. §. si miles. In filio autez familias distingue. vt
hic per eū. ꝛ de hoc vltimo dixi in. l. seruū. C. q testa. face. pos. Ista
oia prosequit Bar. in sua repe. p sex qōnes, ꝛ vnūquodq; egeret
particulari examinatione. ¶ Restringit tñ hanc. l. vt solum pro-
cedat in eo qui est in articulo mortis cōstitutus p istū text. in ver.
decedēs. de quo vltimo infra particulariter dicetur. Cōmuniter
10 tenet opi. gl. † qđ inhabiles ad testandū nō habilitent per hāc. l.
ita tenet Bar. met. hic in lec. ꝛ in. l. j. §. nūtiatio. ff. de ope. no. nun.
ꝛ in. l. oibus. ff. ad treb. ꝛ in. l. nō dubiū. in. ij. colū. C. de legi. Bald.
presertim in repe. et presertim in. j. col. ꝛ seq. vbi truffatur de opi.
Bar. cōtraria. idē late tenet Sali. hic: in. vj. col. ꝛ quinq; sequēti-
bus vbi pro hac parte decē rōnes adducit. Sed eis pretermissis
pro ista opi. cōtra Bar. duo stringūt. Primo qꝛ ecclesia vtitur iu
re cōi, qñ non est expresse priuilegiata. c. j. de na. feu. facit qꝛ fiscus
et ecclesia equiparātur. l. fi. j. eo. Sed in fisco nihil est speciale nisi
expresse cautū sit. l. itē veniunt. §. in priuatorū. cum glos. ff. de pet.
here. ꝛ in. l. j. C. eo. ¶ Sed qꝛ imperator in hac. l. soluz intendit cō
cedere licentiā qđ ecclesijs ꝛ ecclesiasticis collegijs possit relinqui
cum ante hanc. l. secus esset. vt dicit text. clare in. c. futurā ecclesiā.
xij. q. j. ꝛ ab ista cōi sentētia non est recedenduz. Ego tamē pro in-
tellectu Bart. cōtra oēs adduco octo fundamenta. Primo mo-
11 ueor ꝛ istud mihi valde stringit. † Regula est, qđ vbicūq; tractat
de fauore publi. verba generalia non restringuntur ad personas
habiles: imo intelliguntur etiaz de personis inhabilibus. tex. est
not. in. l. si quis graui. §. vtrum. ver. is quoq;. ff. ad silleia. Unde
12 per illum text. et per hanc regulam decidunt Bar. ꝛ Bal. † quod
stante statuto, quod forensis nō possit acquirere immobilia in ci-
uitate, si fiat proclama qđ quicūq; ceperit talem malefactorē con
sequatur talem domū: certe si forensis ceperit non obstante statu
to debet cōsequi: qꝛ cum tractetur de fauore publico verba gene-
ralia nō restringuntur ad personas habiles: imo intelliguntur ꝛ
de inhabilib⁹: sequitur. Bal. in. l. j. in fi. ꝛ ibidē Sali. ꝛ Fulg. C. de
preci. impe. offe. Sali. in. l. ij. in. iiij. col. C. de nora. Item per illum
tex. ꝛ dictuz regulā determinant Guil. decu. And. de pis. Alber.
Bal. in lec. antiqua. Sali. Lu. ꝛ do. Alex. l. l. si filiusfa. ff. si cer. pe.
qđ si hat

qđ si fiat publicũ proclama, qđ quicũq3 ceperit talẽ rebellem cõse
quat̃ tale feudũ, qđ si ceperit eũ vnus q est inhabilis ad feudum:
puta, quia surdus, mutus, claudus vl', aliter imperfectus: iuxta. c.
j. in. ti. an mut⁹ vel surdus: in vsu. feud. tñ isto casu admittet̃. Et ita
sin. limitat̃. d. c. j. quia fauore publico vba generalia nõ restringũ-
tur: sed comprehenduntur etiam inhabiles. sed in hac. l. tracta-
tur de fauore publico, et diuino. igit̃ ⁊c. facit qđ no. Bar. in. l. quẽ-
admodũ. circa mediũ. C. de agri. ⁊ cẽsi. lib. xj. ⁊ in. l. ij. §. exercitum.
ff. de infami. Bal. in. l. non sine. C. de bo. que libe. Pau. de ca. in. l.
13 bona fides. ff. deposi. † quod quãdo tractat̃ de fauore publico lex
quãtũcũq3 sit penalis: tamẽ censetur tunc fauorabilis ⁊ extendẽ-
da. Secũdo pondera verba geminata ibi. vnusquisq3. iuncta doc.
Bal. in rubr. C. qui accu. nõ pos. in penul. col. in ver. quero si statu-
tum dicat de homicidio ⁊c, vbi querit circa hanc dictionem vnus
a quisq3: [a] si statutũ dicat, q vnusquisq3 possit accusare, an itelliga-
tur etiã inhabilis: ⁊ concludit in effectu qđ illa verba vnusquisq3,
recipiant restrictionez quo ad ea que sunt iurisgentiũ vel diuini:
nõ aũt iuris ciuilis ⁊ sic inhabiles de iure ciuili admittũtur. Ter-
tio facit doct. glos. in. l. promittendo. in prin. in glos. j. ff. de iure do.
qđ ista verba geminata vnusquisq3 vel quicũq3 prolata a iure ci-
uili comprehendunt personas alias inhabiles puta clericos. Et
illam gloss. pro singu. ad hoc ponderat solus do. Andr. barba. in-
ter consilia do. Alexan. in cõsil. cxxiij. in. iiij. volu. qđ incipit. scribit
ecclesiasticus. in. iij. col. sed quantũ ad clericos ipse reprobat: et in
cõtrarium est text. clarus vltra eum in. c. j. ad fi. de iureiurã. in. vj.
14 ¶ Quarto moueor ex alia regula. † nã quãdo princeps concedit
priuilegium, et in concessione addit verbum libere: vt in hoc text.
certe ista verba necessario important vt vltra ius cõmune indul-
geatur. c. j. in verbo libere. cum gl. ⁊ ibi Hosti. ⁊ Jo. an. de rescrip.
Hanc regulã tradit do. Fran. de are. in consi. lxxvj. qđ incipit, dili
15 genter visis ⁊ ponderatis priuilegijs. in. j. colũ. ¶ † Quinto mo-
ueor. nã priuilegiũ principis nemini est damnosuz, ⁊ nõ respiciẽs
preiudicium tertij latissime interpretandũ est fm Innoc. et cano.
in. c. cum dilecti, de dona. ⁊ in. c. olim. de priuile. ⁊ in. c. ex tuarũ. de
auto. ⁊ vsu pal. Bartol. in. l. si quando prima. C. de bo. vacan. li. x.
¶ Sexto facit regula quã ponit Joã. andr. in. c. ij. ad fi. de immu.
16 eccle. ⁊ ibi Panor. in pen. col. † qđ ista priuilegia principũ conces-
sa motu proprio seruanda sunt ad vnguẽ sicut sonant absq3 vlla
restrictione: secus si per partes sint obtẽta: q2 tunc debent stricte
17 intelligi, modo sic † iz in dubio presumatur priuilegiũ concessum
ad postulationẽ partis, ⁊ nõ motu pprio pncipis. c. si motu pprio.
de pbẽ. ⁊ digni. i. vj. no. Bar. i. l. j. C. de peti. bono. subla. li. x. Istud
est verũ nisi priuilegiũ sit cõcessum statuendo ius generale: prout
hic, tunc presumit̃ cõcessum ex mera liberalitate principis, gl. est
in aut. quas actiones. ⁊ ibi Bar. in. ij. col. ⁊ alij. j. de sac. sanc. eccle.
Barto. in. l. j. C. de bo. vacan. libr. x. et in. l. j. C. de petit. bono. subla.
libr. x. Moder. in. l. iij. in princi. ff. qđ quisq3 iur. ¶ Septimo facit
regula quam tradit Panor. in. c. ex parte. iij. de deci. in. ij. not. per
18 illum tex. quẽ ad hoc reputat mirabilẽ † qđ priuilegiũ etiam con-
tra ius cõmune (imo qđ fortius est) etiã alteri nociuũ dz tñ intel-
ligi scdm qđ verba sonant: ⁊ importare possunt ex proprio signifi-
catu verborũ. ¶ Octauo ⁊ vltimo facit: q2 in dubijs debet teneri
ille intellectus: ⁊ illa opinio, que fauet ecclesie ⁊ religioni. l. sunt p-
sone. in fi. ff. de reli. ⁊ sump. et in. c. fi. de re iudi. ¶ Capio glo. in ver.
19 nõ sint cassa. † ex qua habes, qđ solẽnitates requisite a iure ciuili
in testamẽtis, nõ intelligunt̃ sublate p hanc. l. qñ qs testat̃ ad pias
causas: hanc opi. sequuntur oẽs alij, excepto Bart. qui in repeti.
huius. l. in. ij. col. ⁊ melius in. iiij. ⁊ in antepenul. col. in. vj. q. princi.
tenet contrariũ, per aliqua ex fundamẽtis de quibus in glo. prece
denti. Item per istũ tex. in verbo liber sit stylus attento qđ liberũ
dicitur id qđ ab omni iuris solẽnitate est abstractũ: vt dixi in tex.
20 ¶ † Scdo et fortius si fauore filiorũ valet testamentũ patris sine
aliqua solẽnitate iuris ciuilis, quãto magis dz valere fauore eccle
sie: q2 excepta legitima, magis fauet̃ ecclesie quã filijs. Not. bene
istam regulam quã comprobaui per tria seu quatuor in. l. lz inter
puatos. C. de pac. Nec obst. sol. Sali. qui dicit, qđ in filijs ideo est.
q2 filij omnino ab intestato succedũt, nõ sic est in ecclesia. Naz cõ-
sydera qđ Bar. in. l. hac cõsultissima. §. ex imperfecto. C. de testa.
et Bal. in aut. qđ sine. in. x. colũ. C. eo. dicunt ibi. aliam rationem:
q2 in testamento patris inter liberos nõ attenditur dictũ ius ci-
uile: sed merum ius gẽtium, que ratio militat etiam in pia causa.
Contra istam opi. Bart. duo stringunt. ¶ Primo doct. glos. no.
in. l. si quando. in prin. C. de inoffi. testa. Ad quam respondet not.
Bar. j. in repe. in. iij. q. v. qõnis princ. qđ dicta gl. procedat qñ pri-
uilegium testandi conceditur vni secus si plurimis aut infinitis
quorum aliqui sunt habiles aliqui nõ. Signa bene hanc limita-
tionẽ ad doctrinã illius glo. quã limitationẽ reprobat Bald. hic:
in. iij. col. per regulam, l. iam hoc iure. ver. sed si alter. ff. de vulga.
et pupillã. ¶ Secũdo cõtra opi. Bar. stringit tex. in. l. generali. in
vbo qđ tñ alia omni iuris rõne munitum sit, allegatus. in gloss

Bar. conatus est rñdere ad illũ tex. sed nihil fecit. Nam in lect. in
vlti. col. rñdet, qđ ille defect⁹ qui vitiaret testm̃ militis. etiã vitiat
testamẽtũ ad pias causas qđ nihil est. Alijs duobus modis re-
spondet Bar. j. in repe. in. vj. q. prin. sed nihil est. Tene opi. glos. et
cõem doc. hic. Et adde gl. in. §. j. insti. per quas pso. nob. acq. oblig.
⁊ in simili glo. in aut. oẽs peregri. C. cõia de succes. quã etiã tenet
Bar. met. in lec. ad fi. Et ppterea Bald. hic: in repe. in. ij. ⁊ in. xix.
col. truncando de fundamẽtis Bart. dicit qđ oẽs tenẽt opi. glo. ex
cepto quodã saturnino: sc3 Bart. ⁊ Ange. dicit in consi. ccxxiij. q
incipit pũctus talis est, quedã dña Margarita. in. v. colũ. quod
opi. Bar. est reprobata in scholis ⁊ in iudicijs. Et contra Barto.
21 vltra fundamenta Sali. stringit ineuitabiliter. d. l. gñali. † Item
q2 legatũ libertatis est pium: vt no. Bar. in. l. proxime. in prin. per
illũ tex. ff. de his que in test. delẽ. ⁊ in. l. si vnus. cuz simi. C. de testa.
et tñ relictum libertatis in testamẽto nõ solẽni nõ valet. l. non du-
biũ. in fi. C. de testa. l. ij. C. si quis omis. cau. test. Ad hoc rñdet sing.
Bar. in repe. in. iij. q. v. q. prin. qđ relictũ libertatis ita demũ cen-
setur pium, quãdo libertas relinquitur seruo amore Dei, al's se-
cus. ¶ No. istã pulchrã limitationẽ ad regulã predictã, tamẽ nõ
est vera, cũ legatũ libertatis semp sit piũ. l. j. circa fi. in ver. ad hãc
rationẽ pietatis. ⁊ ibi Bal. ad hoc no. C. de cõi seruo manu, ⁊ tex.
in. l. cõtra volũtatẽ. in ver. iura pietatis. C. de testa. manu. ⁊ istam
limitationẽ in terminis reprobat Imo. in. l. captorie. ff. de lega. j.
adde Spec. in tit. de instru. edi. §. nunc aliqua. ver. scias scdo. sed in
hoc articulo nõ est insistẽdũ: ex quo de iure canonico clarũ est, qđ
cessant solẽnitates iuris ciuilis in testamẽto cõdito ad quãcunq3
piã causam. c. cũ esses. ⁊. c. relatũ. de testa. q̃ iura procedũt nõ solũ
in foro canonico: sed etiã in foro ciuili ⁊ in terris nõ subiectis ec-
clesie fm glo. ⁊ magis cõem doc. in. d. c. cũ esses. ⁊ Bar. hic: in lec.
in. j. col. ⁊ latius in repe. in vlti. col. ⁊ vlti. q. ⁊ docto. hic: presertim
22 Sali. in. xiij. col. † Pro extẽsione istius cõclusionis singu. not. qđ
nedũ sustinet̃ institutio ad pias causas corã duobus vel trib⁹ te-
stibus vt dixi. Sed etiã relicta facta in illo testamẽto alijs perso- a
nis priuatis mere laicis: ita sing. tenet do. Ant. de bu. in. c. qđ cle-
ricis. in antepe. col. de fo. cõpe. Sali. in aut. cassa. i. ix. q. j. e, d. Alex.
in cõsi. xlj. in. j. vol. inci. viso tenore allegati ⁊ producti instrumen-
ti. in. iij. col. ⁊ in consi. cxiij. in. iiij. volu. qđ incipit viso et diligenter
cõsyderato themate. in. v. ⁊ vlti. colũ. Et per hoc addo bene facere b
tex. in aut. qđ sine. in fi. C. de testa. Ego tñ multũ dubito per text.
fortissimũ i. l. hac cõsultissima. §. ex imperfecto. j. de testa. cui Sal.
23 in. d. aut. cassa. conat̃ tripliciter rñdere sed nihil est. ¶ † Scdo q2
b filiussa. [b] cũ consensu patris potest ad pias causas testari fm ma-
gis cõez sententiã: vt dixi in. l. seniũ. C. qui testa. face. poss. Et tñ si
in tali testamẽto faceret legata extraneis nihil valerent fm Bal.
hic: in repe. in. ix. colũ. ⁊ in. d. l. seniuz. C. qui testa. face. pos. circa fi.
⁊ ibi Sali. Pau. de cas. ⁊ do. Alexã. idem tenet Imo. in. l. tam is.
24 §. j. ff. de dona. cau. mor. ¶ † Econtra autem si in testamẽto nõ so-
lenni esset institutus extraneus quãuis multa legata essent facta
pijs causis, tñ nihil valerent fm do. Anto. in. d. ca. quod clericis.
Sali. in. d. aut. cassa. in. ix. q. sequit̃. do. Alex. in cõsi. clxxvij. in. ij. vo
lu. quod incipit viso themate mihi exhibito. in. iiij. colũ. ⁊ in cõsi.
25 ccix. in. ij. volu. qđ incipit statutũ in. vij. col. ¶ † Nunc videndum
restat, an ista. l. solũ restringat̃ vt habeat locũ in cõstituto in arti-
culo mortis. Bar. hic repetit. in. iiij. col. ⁊ late. in. iij. q. pu. ⁊ cõclu-
dit qđ sic, per. v. fundamẽta, precipue per istũ tex. in ver. decedẽs.
⁊ in alijs duobus locis: vt hic per eũ. Bal. hic: in repe. in. ij. col. di
xit qđ ridiculũ est ita distinguere. Contrariũ tenet etiã Sali. hic:
in. x. col. q2. l. appellat testatorem decedentẽ vel deficientem quo-
cunq3 tẽpore testaturũ. l. cũ quis decedens. in prin. ff. de lega. iij. l.
cũ quis decedẽs. in prin. ff. de admi. tuto. Fulg. hic: in. vj. colũ. qui
propterea inquit qđ Bart. nimis subtiliter inspexit illud verbuz
26 decedens. Teneo cõtra Bar. duplici fundamento. † primo: quia
verba. l. enuntiatiua nihil disponunt, nisi legislator se principali
ter fundet in isto enuntiato. c. si papa. de priuil. in. vj. iuncta cle. li-
teris. cum glos. de proba. ita Fede. de senis in consi. xxxix. qđ inci-
pit viso puncto ⁊ motiuis. Salic. in. l. qui se patris. in. vj. colũ. vbi
Moder. C. vnde libe. ⁊ in. l. accusatiõis. C. de accu. Lud. in. l. iiij. §.
cato. in. vj. colũ. ff. de verbo. obli. ⁊ in consil. cxcj. q incipit spectabi
lis dñe mi. do. Anto. de but. ⁊ Imo. in. c. cuz in apostolica. de his
que fiunt a prela. sine consen. capi. Ego pro hoc allego gloss. not.
in. c. ij. in verbo non teneris. de do. ⁊ cõtu. Bart. in. l. extat. in vlti.
col. ff. qđ met. cau. Sed ad hoc potes respondere, quod hec verba
enuntiatiua sunt geminata: imo triplicata: vt ponderat Barto.
vnde verba enũtiatiua quando sunt geminata semper disponũt:
vt singu. tenet Bart. in. l. cum scimus. in vlti. colũ. C. de agrico. ⁊
censi. lib. xj. Sequitur Panor. in. c. si cautio. de fide instru. ⁊ in re-
peti. c. per tuas. in. ix. col. de arbi. Pau. de cast. in. l. ex hac scriptu
27 ra. ff. de dona. Lud. ro. in. l. gerit. ff. de acquir. here. ¶ † Scdo mo
ueor, nam qñ lex facit mentionẽ de aliquo ratione frequentioris
vsus, per hoc lex non intelligitur excludere de alijs. Ista est doct.

a ¶ Unus-
quisq3. adđ
docto. in. l.
ij. C. cõmu.
diui.
b ¶ Filiussa
milias. Ad
de Bal. i. l.
j. §. j. de leg.
iij. Bal. i. l.
seniũ. C. qui
test. fac. pos.
Pau. de ca.
cõsi. cxxv. in
cipiẽ. viso. li
bello. idem
consi. cxcix.
inci. in casu
presenti.

glos.in cle.j.in verbo presidētes.et ibi do.Anto.et Jmo.in.v.colū. ad hoc not.de rescrip.melior gloss.in.l.j.in gloss.j.C.de his qui ad eccle.cōfug.et in.l.vnica.in versi.spōsam.C.de rapt.vir. Unde hic l.fecit mentionem de decedente:qr cōiter cōtingit q quis inducitur ad testādum precipue pro aīa qñ dubitat vel timet decedere: vnde per hoc nō excludit tex.quin etiam sanus si testaretur haberet locū ista.l. Tenēdo tamē intellectum Bart.qd ista lex restringatur ad cōstitutū in articulo mortis. Adde inquātum Bar. intelligit quē dici constitutū in articulo mortis:qñ instabat periculū mortis rōne infirmitatis:vel qr latrones qui eū deprehēderūt volebāt occidere:idem tenet Bal.in.c.pastoralis.in.ij.col.de offi.ordi. Facit qd sin.vult bal.in.c.j.in vlt.col.de pac.ōstan.vbi q
28 rit† pone statutū disponit qd in extremis laborātes non possint cōtrahere sine presentia suorū propinquorū. Quis dicat in extremis laborare. Et rñdet qd oīs ille qui ex tali infirmitate decedit sine sanitatis interuallo:de hoc dicit esse text.vnicum in iure in.l.
29 alūne.§.fi.ff.de adimē.leg. Extra glo.qrit Bar.in lec.†an legata ad pias causas hereditate nō adita debeant.ak. Spec.et aliud clare nō decidit:sed idē Bartol.in repe.in.iiij.q.v.partis prin.determinat qd sic:idem Bar.in.l.j.C.de bo.vacā.li.x.sentit in.l.eam quam.C.de fideicō.Bal.in.l.id qd pauperibus.C.de epis.et cleri.
30 Tene cōtrariū per duo.† Primo qr in ecclesia et pia cā seruādū est ius cōe sicut in alijs,nisi contrariū expresse sit statutū.c.j.de
31 na.feu.in vsu.feud. † Itē libertas et pia cā eqparant:vt.s.dixi. Sz legatū libertatis,hereditate nō adita extinguit.l.si nemo.ff.de reg.iu.iūcto.qd statim dicā:ita tenet Bal.et fortius Sali.in.xiij.q. et Ful.hic:late Bal.in.d.l.eam quā.Et ibi Flo.dicit qd ita seruatur in practica.et Bal.in.l.fi.C.de testa.manu.Ang.Jmo.et Moder.in.l.qui filio.§.j.ff.de here instit.vbi Angel.refert ita fuisse de facto Bonome determinatū late Ludo.ro.per.iiij.colū.in repe. aut.similiter.C.ad.l.falcidi.in.xx.speciali pie cause inter vltimas volūtates:et in cōsi.lxv.qd incipit in terminis proposite cōsulta.et in cōsi.cccc.xciij.qd incipit in casu cōsultationis pposite aduertēdū:idē tenet do.Alex.qui dicit hanc esse cōem opi.in consi.ccliij. als ccviij.lib.ij.in.j.volu.qd incipit statutis.in pe.colū.cū concor.
32 p.eū alle. Limita hāc cōem sententiā trib⁹ modis. †Primo nisi filius in ptāte esset institutus,qr lz abstineat:tñ per existentiā suitatis sicut sustinent legata libertatū.l.cū quasi.§.fi.colum. ff.de fideicō.lib. Eodē modo sustinent legata ad pias causas,cum equiparent. Jta limitat.Bald.in aut.hoc amplius.in.ij.colum. C.de fideicō.Ang.et Jmo.in.l.fi filius q patri.in prin.ff.de vulg.et pup.et do.Alexā.in cōsil.cclx.in.ij.volu. Et in istis terminis salua
33 primam opi. †Scdo limita nisi relictū ad pias causas esset tale qd dilatio afferret periculū aīe testatoris:vt est qñ esset pro restitutione vsurarū. Uel nō reciperet dilationē:puta qr esset pro sepultura vel sustentatione infirmorū. Jbi tunc nulla requirit aditio fm Bar.hic:in repe.in.xviij.col.ver.sup noua.q.Bal.in.d.l.eā quā in.ij.col.et ibi Ang.in repe.in.viij.col.et Bal.in.d.aut.hoc amplius.in.ij.col.et in.l.nulli.in.iij.colū.C.de epis.et cleri. Tertio limita fm Bart.hic:in lec.referēte se ita de facto cōsuluisse vt bona adijcerent alicui vt cōseruarentur legata ad pias causas,sicut in leg.libertatū,p tl.insti.de eo cui liber.ca.bo.adijci.cū simi.idem tenet Bar.in.d.l.eā quā.in vlti.col.et in.l.j.C.de bo.vac.lib.x.et ante eū Jo.an.in addi.Spec.in titu.de instru.edit.§.nunc vero aliqua. in ver.sz pone q ex eo testamēto in addi.incip.hic omittit autor. idē tz Jo.de platea.in.d.tit.insti.de eo cui libe.in princi.Et ita tene quāuis Sali.hic:in vlti.col.teneat ōtrariū.Et talis successio dicit noua et mirāda et est anomola et extraordinaria cū nō succedatur nec ex testamēto nec ab intestato:sz ex dispositione.l.sicut.in aut. hoc amplius.C.de fideicō.fm Azo.in summa ti.preall.quē refert et sequit Bal.in.l.ex testamēto.C.de testa.manu. Tu adde de hoc
34 gl.expressam in.d.ti.de eo cui liber.in versic.successor. †Quero a scdo an et qñ dicat relictū ad pias causas. Jstud examinat Bart. hic in repe.ij.q.prin.Specu.in titu.de instru.edit.§.nunc vero aliqua.ver.et scias. Pro quo cōclude qd omne illud q relinquit pauperibus videtur in dubio relictū ad pias causas.l.si quis ad declinandā.circa fi.C.de epis.et cle.c.nō satis.lxxxvj.distin.Bal.in aut. similiter.C.ad.l.falci. Jtem omne relictum pro anima.gloss.no.in l.si quis titio.ff.de leg.ij.quam ad hoc reputat sing. Bald.hic:in lectu.in.iij.col. Dicit tamen.glos.no.in.l.illud.in verbo,alia causa. et ibi Bald.et Paul.de castr.j.eod.qd illud qd donatur vel relinquitur cōsanguineo vel amico nō dicitur ad pias causas relictū etiam si in donatione hoc fuerit expressum:idem tenet Bald.in.c. de priore.de appel.et in.l.si heres.ff.de cōdi.ob causam. Quod vltimū limitat Bald.hic:in lectu.in.ij.colum.et Pau.de ca.in fi. nisi talis consanguineus esset pauper,per gloss.quam ad hoc reputat singu.Bal.in.c.ij.de sepultu.sequitur Panor.in rub.extra de testa. Adde Joan.and.in addi.Specu.in titu.de instru.edi.§. nunc vero aliqua.in addit.incipien.ad istum vbi refert fuisse disputatā questionē per Gui.de suza.quod si statuto caueat qd mi-

a Qñ dicat relictū. Ad de.l.si qs ad declinādā. C.de epis.et cle.et in.§.fi. aut.de ecc. ti.c.sup quibusdam.de verb.signi. et in.c.nō satis.lxxxvj. distin.

nor.xviij.an.nō possit legare nisi pro aīa,et minor legauit matri sue centū,dicēs se legare pro aīa. Arguit ad partes,et concludit qd si mater reuera erat paup:tūc dicat relictū piū.d.l.si qs ad declinādā.secus si erat diues,per gl.in.d.l.illud. No.q si mihi relinquit aliqd,et cogor illud restituere amore dei,nō solū fideicom. censetur ad pias causas:sed etiā relictū mihi factū. Et idē fauor vtri q attribuit. Jta probat in argu.tex.no.in.l.auia.§.titio.ff.de cōdi.et demō. Et ita per illū tex.no.ibi sing.Bal.sequit Lud.in repeti.aut.simil.C.ad.l.falci.do.Frā.de aret.in cōsi.lxvij.qd incipit diligēter et mature cōsyderato testō.in pe.col.vbi addit tex.not.in l.sed si non seruus.circa mediū.ff.ad.l.falc.et in simili tex.in.l.si pa-
35 troni.§.j.ff.ad treb. †Adde tū qd relictū cā studij nō dicit relictū ad pias causas nisi sit pro studio sacre Theologie fz Bal.in repe.l.j.in.ix.col.ff.de lega.ij. Facit qd tenet Rapha.cu.in consil. cxliiij.incip.de fundo dato in premiū emancipationis etc.vbi tenet qd donatio facta causa studiorū nō censet pia adeo q sine insinuatione valeat:sicut valent donationes facte ex cā pietatis.l. pe.C.de do.itē ad hic dicta per Bart.vide p Alex.in cōsi.cxxv.i.j. volu.incip.viso themate pmissio. Adde etiā qd si testator reliqt pro aīa cōsanguineis suis non presumit relictum ad pias causas fm Bald.in.c.de priore.de app.et in.l.heres.ff.de condi.ob cām.
36 †Ultimo pro cōplemēto huius.l.no.q statuta loquētia de testamētis nō cōprehendūt testamēta cōdita ad pias causas.qr dz iudicari nō scdm leges humanas:sed scdm iura diuina et sacros canones.c.cū esses.et.c.relatū.de testa.et pbat late Bart.hic in repeti.in vlti.col. Ego pbo a partib⁹ sufficienter enumeratis. Aut statutū simplr loquitur.et sic nullā facit mētionē de pia cā. Et tūc
37 dico qd statutū nō debet intelligi isto casu de pia causa. †Primo per illud qd no.Bal.in.l.iubemus nullā.in scdo no.j.eo.qd verba gñalia statutorū non includūt casum contra libertatē ecclesie vel pie cause. Scdo p regulā,qr qñ aliqd est specialiter statutū in certo casu lex noua gñaliter aliquid disponēs,nō intelligit loqui in illo casu speciali.vt p gl.et doc.in.l.sciēdū.in prin.ff.qui satis.cog.et in aut.de here.ab intest.in.pn.in ver.vacantib⁹.col.x.aut statutū expressam facit mentionē de pia causa.et tunc non valet,qr relicta ad pias causas vel pro aīa cēsentur spiritualia,cū tendant ad remissionē peccatorū.c.requisisti.de testa.ergo de eis non pōt statutum laicorū disponere,per ea q habent in.c.ecclesia sancte Ma-
38 rie.de cōsti.facit qd dicit Bal.hic in lec.circa fi.†q si statutum disponeret q nō posset legari etiā ad pias causas nisi corā.vij.testibus tale statutū tanq cōtra salutē animarū nō valet.et ita refert cōsuluisse Bar. Confirmo predicta per illud q in specie tenet
39 Bal.in.l.generali.j.eo.qd†statutū disponēs qd mulier nō possit testari sine consensu propinquorū,nō cōprehenderet testamētum in quo mulier instituisset ecclesiam,qr esset cōtra priuilegium pie cause qd respicit ipsum deū. Et idē dicit in statuto disponente qd mulier nō possit alienare sine cōsensu propinquorū:sequit Pau. de cast.hic:circa fi. Pe.de ancha.in cōmento.c.canonū statuta.de cōsti.in.xxij.col.in ver.dicit etiā Bal.et not.Panor.in.c.relatum. el.j.per illū tex.de testa.et in repe.c.ecclesia sancte marie.de cōstit. in penul.char. Et in istis locis adde illud qd no.Joā.an.in.c.fi.de immu.eccle.in.vj.in nouella.qd statutum disponens qd bona immobilia non possint alienari in forenses non subditos iurisditioni statuētiū,tale statutū nō cōprehēdit alienationē:q fieret in piā
40 causam. †Ad predicta facit etiā qd tenet Bal.in aut.cassa.in ix.q.j.eo.qd statutum disponens qd testamēta nō valeāt nisi sint insinuata vel nisi sint reposita in archiuis publicis:nō cōprehendit testamenta in quibus ecclesia sit instituta:qr sic esset cōtra priuilegia cōcessa a canone,qui non requirit aliam solennitatē quā duorū testiū.d.c.cum esses.et.c.relatum.idem tenet do.Anto.de but.in.c.qd clericis,de fo.compe.et in.d.c.relatum.primo vbi dicit se de facto consultū ita rñdisse. Contra predicta fortiter videtur stringere tex.in.l.gñali.j.eo.in ver.qd tū alia oī iuris rōne munitū sit:qui vult,qd solēnitates requisite a iure ciuili habeant locū etiā in testamēto ad pias causas,et ita p illū tex.h tenet Bal. tenet Lud.ro.in repe.aut.similiter.C.ad.l.fal.in.xvj.speciali pie cause inter ōctus. Et in cōsi.clxvj.qd inci.visa diligenter propositi thematis consultatione in.j.dubio. Responde qd.d.l.gñali. procedit anteq emanassent.d.c.cū esses.et.d.c.relatum.quibus iu
41 ribus disponit†q leges ciuiles ammodo locū nō habeant in testamētis cōditis ad pias causas. Jtem ad predicta vide Alexā. in cōsi.cxiij.in.iiij.volu.incip.viso ac diligēter cōsyderato themate in.ij.col.ad fi.et toto seq. Jason Padue.

Sequitur,secunda lectura in studio Papiensi compilata.

De sacrosanc.eccle. Rubrica.

1 Jus est duplex publicum videlicet et priuatum.
Rubrica cum legibus seq.est duplicate posita:quia iste leges alio stilo fuerūt hic Papie lecte.hanc Rubricā cōtinua.vt in gl. vel melius

Vel melius subordina fm Ange.hic in quibusdam lec. Impator
1 tractaturus in hoc libro de iustitia cōsyderauit † ꝙ duplex est ius publicum scz ꝛ priuatū.l.j.§.huius studij.ff.de iusti.ꝛ iur.ꝛ.§.hui⁹ studij.insti.eo.de ius.ꝛ iur. Itē ius publicū est duplex, quoddā ē diuinū hoc ē qđ vertit circa res diuinas, qddā est humanū et illud qđ est diuinū est dignius.l.sancimus.j.eo. Idē impator incipit ab isto tit.cū titulis seq.vsqz ad titulū de legibus exclusiue tractare de iure publ.diuino, postea a titulo de.ll.vsqz ad fi.primi libri vbi precipue tractat de officijs ꝛ magristratibus publicis expedit ius public.humanum, qđ debet omnibus patere. Deinde in.ij.lib.et successiue tractat postea de iure priuato. Et iste ordo multum mihi placet.

1 ¶ Terminus ecclesia: capit tribus modis.
2 Constātinus fuit primus imperator inter christianos.
3 Relictum ecclesie vel venerabili loco non vitiat ratione incertitudinis.
4 Si testator relinquat pro aīa sua centum ecclesie, ꝛ nō dicat cui, an ecclesie maiori vel cui.
5 Si testator habeat duas ecclesias parochiales, ꝛ relinquat eccl'ie de qua intelligatur.
6 In dubio relictum ecclesie quando sunt due, intelligitur pauperiori.
7 Si testator habeat multas domos, ꝛ in testa.dicat, relinquo titio domum meā, de qua intelliget.
8 Testator etiā relinquēdo ad pias causas, nō pōt grauare heredē vltra vires hereditarias.
9 Heres nō tenetur creditorib⁹ vel legatarijs vltra vires heredi.si cōficiat inuentarium.
10 Multe persone que nō possunt testari.
11 Qui non pōt testari, nō pōt codicillari.
12 Per.l.nostram non habilitant inhabiles ad testandum.
13 Ubi tractat de fauore publi.verba generalia vnusquisqz, vl' quilibet, non restringunt ad habiles.
14 Statutum ꝙ quicunqz fecerit tale quid, habeat tale castrū in feudum cōprehendit inhabilem ad feudum.
15 Mutus, cecus, femina, ꝛ similes sunt inhabiles ad feudum.
16 Ecclesia in dubio vtitur iure cōi, quādo nō reperit in ipso priuilegiata.
17 In testa.ad pias causas nō est sublata solēnitas testamentorū.et numero.22.
18 An sit magis fauendum testamento ad pias causas, ꝙ testa.inter liberos.
19 Qui vult ecclesiam instituere ꝛ filium exheredare aliū querat ꝙ Augustinum.
20 Si imperator cōcedat alicui facultatem testandi, an intelligatur seruata solēnitate iuris ciuilis
21 Si priuilegium testandi concedat multis, quorū quidā sunt habiles, quidā inhabiles: inhabiles trahunt ad se habiles.
23 Non valet relictū vel institutio etiam facta ab imperatore nō seruata debita solennitate.l.ex imperfecto.C.de testa.
24 Ecclesia ꝛ imperator fraternizant.
25 Imperator est solutus.ll.
26 Legatum libertatis dicitur pium.
27 Uerbum libere: quid importat.
28 De iure cano.vz testa.ad pias causas cū duobus testibus.
29 Si fiat testa.ad pias causas coram duobus testibus ꝛ in dicto testamento fierent legata personis laicis non ad pias causas, talia legata valerent.
30 Testa.factū ad pias causas corā duobus testibus vel inter liberos an sit proprie testamentum.
31 An.l.nostra solum habeat locum in testatore constituto in articulo mortis.
32 Quando.l.vel canon vtit aliqua dictione ratione frequentioris vsus non per hoc excludit nec stat exclusiue.
33 Uerba.l.narratiua vel enuntiatiua nihil disponunt.
34 Legata ad pias causas non debent hereditate nō adita.
35 Remedium.l.datum pro cōseruandis legatis libertatū habet locū etiā pro cōseruandis legatis ad pias causas.

1 Habeat. Ista.l.fuit alte repetita p Bar.hic: ꝛ eius emulatiōe p bal. † pmitto ꝙ terminus ecclesia capit iure nostro tribus modis: vt declarāt Bal.ꝛ Salic.hic. Et qd sit ecclesia notat in.c.cū cleri.de ver.sig.p Jo.fab.§.in rub.huius tit. Scđo premitto ꝛ proprius ad tex.qđ ista.l.legitur altero de duobus modis.vno modo legit fm gl.ꝛ oēs doc.ꝛ Bar.in lec.nisi vt inquit Bal.quidaz saturnin⁹.scz Bar.in repe.huius.l.qđ per hāc.l.in relictis ad pias causas nihil derogat iuri cōi.neqz circa personas testantiū.nec circa solennitatē testamētoꝝ. Et fm istū oēm intellectū, tex.in illa vniuersalitate vnusquisqz, intelligitur.l.habilis ad testandū. Item intelligitur in testamēto solēni. Itez intelligit de quocūqz testatore, siue testat existens in arti.mor.siue nō. Iste est verus ꝛ cōis intellectus.ꝛ istū teneo. Et eum tz Bar.in lec.ordinaria, ꝛ tenuit vbiqz vt.j.referā.
¶ Scđo modo legit ista.l.nouiter fm Bart.in sua diuina repeti.huius.l.ꝛ iste intellectus Bart.discrepat a cōi intellectu in trib⁹. Primo dum tex.dicat.habeat vnusquisqz: intelligit ipse vniuersaliter prout litera iacet, etiaz qui alias sit inhabilis ad testandū dūmodo in eo nō sit defect⁹ naturalis, puta qz infans vl' furiosus: omnis ali⁹ etiā inhabilis posset testari ad pias causas. Scđo intelligit tex.vt pcedat in quacūqz vltima volun.etiā solēni. Cōsequēter imperator in ista.l.priuilegiat eccl'ias in duob⁹. Primo habilitando psonas alias inhabiles, vt testari possint ad pias causas. Secundo disponendo ꝙ valeāt testamēta ad pias causas ꝙuis alias nō solennia, siue solēnitatibus iuris ciuilis.ꝛ per hoc nō irritent, ꝛ istud est qđ cum mysterio subiungit tex.ibi nō sint cassa iudicia. Nam postꝙ dixerat vnusquisqz posset relinquere ad pias causas: posset dubitari, quid si testamētū esset minus solēne, ꝛ minus solenniter factū.ꝛ rñdet tex.ꝛ non sint cassa iudicia, alias illa verba nihil operent. Tertio restringit Bar.istā.l.in istis priuilegijs, vt solum habeat locū, qñ existens in arti.mor.testatur, ꝛ non alias.et istud est qđ vult dicere text.in ver.decedens, ꝙ alias esset superfluū. Et sic videtis qūo Bar.enucleate ꝛ medullitus cōsyderauit singula verba text.vt sint magno cū mysterio: que fm cōem sensum nō important mysterium iuris, qz fm cōem sensum habet locum, siue sit factū testamētum in arti.mor.siue non. ¶ His premissis, diuidit hec.l.in tres partes In pmo ponitur dictū gñale. In scđa respondet tacite qōni. In tertia ponitur ratio decisionis. scđa ibi: ꝛ nō sint cassa.tertia ibi: nihil enim est. Et vere litera multum applaudet intellectui Bar.ibi dū dicit in ratione que est aīa l.vt inquit Bald.in.l.si quis seruo.C.de fur. ¶ Ibi postquā aliud velle nō possunt, ista verba denotāt qđ fit in arti.mor.alias male diceret, qz al's posset aliud velle ꝛ mutare, qz ambulatoria est volūtas vsqz ad mortem.l.cum hic status.§.ait oratio.ff.de dona.inter virum ꝛ vxo.ꝛ dicet.j. Casum in ista.l.figurat ample Bart.scđm suū intellectū in repe.huius.l.in.iij.col.vbi videas. Figurant etiaz Sali.et Pau.de ca.hic. Et tu debes aduertere, qđ ista.l.fuit edita a Constantino imperatore ad vniuersum populū ro.vt apparet
a ex suprascriptione quam habet: † qui Constantinus[a] fuit primus
2 imperator inter christianos. Alij superiores fuerūt infideles.tex.est in.l.diui.C.de natu.libe.ꝛ vsqz ad tēpus constantini imperatoris primi christiani: fides christiana passa erat infinitas psecutiones. Itē infinite hereses erāt in fide christi, ad quas cōprimēdas et euellandas, congregata sunt illa quatuor generalia cōcilia tot sanctorum.de quibus in epistola victor.§.suscepimus.§.tit.j. Et vsqz ad tēpus constantini, ecclesie catholice ꝛ earuz viri religiosi multiformiter vexabantur, et de relictis nihil, aut parum admodum cōsequi poterāt.ꝛ propterea imperator cōstantinus edidit hanc.l.ad populus ro.statuens generaliter, ꝙ vnusquisqz posset relinquere sacrosan.eccle.non limitate vsqz ad certam summam, (prout oliz erat) sed quantū vellet de bonis suis ꝙ testamēta sint
3 firma ꝛ habeāt effectū, vt in litera. ¶ † No.ex ista.l.fz Bar.in.ij.not.ꝛ omnes doc.hic, qđ relictum ecclesie vel venerabili loco nō vitiatur ratione incertitudinis: quāuis testator nō expresserit cui ecclesie relinquat, deus scit an istud fuerit de mēte huius.l.tñ verissimum est, propter.l.id qđ pauperibus.j.tit.j. ¶ Retēto ergo
4 isto no.succedit necessaria questio. † Quid si testator[b] relinquat
b pro anima sua centū ecclesie, ꝛ nō dicat cui ecclesie, quero cui ecclesie debeantur, an ecclesie maiori, ꝛ sic epo tex.videtur probare ꝙ sic: ꝛ est solēnis tex.in.§.si qs in noīe.ad fi.in aut.de eccl'ia.tit.col.ix.dū tex.expresse dicit, ꝙ in dubio debetur ecclesie ciuitatis, ꝛ sic episcopo. Tamē Cy.hic in.v.q.deter.ꝙ in dubio debeatur ecclesie parochiali a qua testator sacramenta ecclesie percipiebat. Et idem tenet Sali.hic in.iij.col.in.fi.et etiā Pau.de ca.per.tex.no.in simili in.l.que conditio.§.vlti.et ibi Bal.expresse per illū text.idem tenet.ff.de condi.ꝛ demon.idem expresse tenet Ang.in.§.si vero.in aut.de nō alie col.ij.ꝛ iste est cōmunis. Est verū ꝙ Jo.fab.ꝛ Ang.de are.in.§.sz ius qdē ciuile.insti.de iure natu.gē.ꝛ ciuili.tenent per illum text.ꝙ in dubio presumat relictum ecclesie maioris ciuitatis, de qua in dubio intelligitur de iure ciuili.de quo puncto vide etiam Specu.ꝛ Joā.an.in titu.de instru.edi.§.nūc vero aliqua.in ver.quid si testator. Pet.de anc.in.c.relatū.el.ij.et ibi Imo.ad fin.de testa. Joā.and.in.c.cum quis.de sepu.in.vj.
5 in nouella. † Quid ergo si testator haberet duas parochiales ecclesias: cui tunc legatum debeatur. vide per Cy.hic in.v.q.vbi etiam per eum, quid si in ecclesia parochiali essent duo presbyteri, cui eorum deberetur.et per Sali.hic aliter decidentem ꝙ Cy.in.iij.col.ꝛ Pau.de cast.per cano.in.c.fi.de sepul. Et dicunt Cy.ꝛ
6 Bald.in.l.cum multe.C.de dona.ante nup. † ꝙ in dubio quādo sunt due ecclesie intelligatur relictum pauperiori. Et de hoc est solennis text.in dicto.§.si quis in nomine. Nam pone ꝙ in ciuita

test. qd limita vt sing. p Bal. in. l. iubemus. §. pe. j. eo. Tertio facit
q2 lz rescripta sint stricti iuris ⁊ stricte intelligenda. tñ si papa scri-
bit prouideri alicui de certo beneficio cũ clausula si pro alijs non
scripserit etiã si p vno solo scripsit adimpleta est illa pluralitas.
Archi. in. c. ꝗuis primo. ⁊ ibi Gemi. de prebẽ. in. vj. Bal. in. c. mã-
datum. in. ij. col. et ibi Car. de rescrip. facit qd volunt Ioan. an. et
Gemi. in. c. j. in. ij. col. de re. permu. in. vj. vbi dicit quod ille tex. lo-
quẽs in plurali hz locũ etiã si vnus tm̃ esset expectãs. Quarto fa-
cit qd in duabus notabilibus questionibus decidit Bald. in. l. j.

a ¶ In ẽphi-
teosi eccl'ia-
stica. Adde
Bal. i. l. acu-
tissimi. C. de
fideicõ. bal.
in. l. si qs ita.
de le. ij. pet.
de anch. i re-
peti. c. cano-
nuz statuta.
de ꝯsti. in. vj.
princi. q. in
xxxvij. colũ.
illi9. q. vꝫ. qd
si statutũ lo-
quitur.

b ¶ An legiti
ma. Adde
diffuse p an-
ton. corse. de
sicilia in suis
singularib9
in vbo legiti
ma. ab. in. c.
trãsmisse su-
p gl. in vbo
questio mo-
ta. q fil. sint
legi. ab. in. c.
raynu. in fi.
de test. Pe.
de anch. i. c.
j. de deli. pu.
Bar. i repe.
c. si pater. de
test. libro. vj.

40 per illuz tex. C. de condi. inser. Ubi decidit † qd si statuto caueatur
qd decedẽte patre cũ liberis masculis, femine non succedãt: istud
statutũ hz locũ etiã si decederet cum vno filio tm̃: similiter si statu-
tum dicat qd decedente vxore sine liberis, maritus succedat, ꝗuis
loquat in plurali. tñ si haberet vnũ filiũ tm̃ pcederet statutũ quod
maritus excludatur. Istas decisi. Bal. refert. d. Car. in cõsilio. clv.
41 incip. in societate. ⁊ per eas decidit † qd subscriptio mercatorum
que dicebat titius ⁊ socij non est falsa: ꝗuis titius nõ haberet nisi
41 vnũ sociũ. ¶ † Scda questio est de quibus liberis locatur ista aut.
⁊ clarũ est qd non habeat locũ in liberis naturalibus tãtum. Ita
tz Spe. in ti. de statu mo. in ver. qd ergo si ingressus. quẽ refert ⁊ se
quitur Bal. hic in pe. col. Facit qd vult glos. sing. in. l. j. in princi. in
ver. naturales. ⁊ ibi Bar. ff. de cõtratab. quã gl. reputat sing. bal.
in. l. j. C. quor bo. ⁊ in. c. innotuit. in. iiij. col. de elec. sequitur Bal. in
l. fi. in. iiij. col. C. vñ legi. ⁊ in. l. fi. p illum tex. vbi bonus text. C. de na
43 tu. lib. ¶ † Pulchrũ dubiũ est quid in legitimatis. Dubiuz facit
q2 ista aut. videtur qd debeat intelligi de his qui sunt vere filij ⁊
per naturam. l. si ita quis ⁊. l. si is cui. ff. de leg. ij. l. fideicõ. ff. de cõdi.
44 ⁊ demõ. iuncta. l. fi. C. de his qui ve. eta. impe. ¶ † Scdo ⁊ fortius
a facit, q2 in emphiteosi[a] ecclesiastica nõ veniũt filij legitimati, quia
non sunt legitime nati fm Bal. in. l. generaliter. §. cum autez. circa
mediũ. ⁊ ibi Bal. ⁊ Mod. C. de insti. ⁊ substi. sub condi. fac. ⁊ idem
Bald. in addi. Specu. in. x. col. in ver. emphiteosis ecclesie. ⁊ in. c.
que in ecclesiaruz. in. xix. col. ⁊ seq. de consti. Imol. in. l. qd dr. in an-
tepe. col. ff. de verb. obli. Pe. de anch. in cõsi. ccccvj. qd incipit circa
primum quesitũ. d. Alex. in. l. ex facto. §. si quis rogatus. in. xij. col.
ff. ad treb. ⁊ in cõsi. xciiij. ⁊ in consi. ccxxviij. qd incipit consyderatis
verbis instrumẽti. in. xij. col. ⁊ seq. ⁊ in cõsil. ccij. qd incipit visa legi
timatione in. j. col. ¶ Breuiter teneo cõtrarium, ꝙ ista aut. locuz
45 habeat etiaz in filijs legitimatis † cum legitimatus sit vere filius
ꝗuis non sit legitime natus. prout tenet Bartol. in. l. si is qui pro
emptore. ff. de vsuca. circa. xv. col. Dũ tractat ibi pulchre ⁊ subti-
liter Bar. an fictio fingatur circa ea que sunt iuris, cũ suis cõcor.
46 ¶ † Scdo moueor quia lex permittẽs aliquid patri inter liberos:
47 vt hac aut. procedit etiã in liberis legitimatis. Hinc est † quod. l.
hac consultissima. §. ex imperfecto. C. de testa. que permittit patri
testari inter liberos cũ duobus testibus, habet etiam locũ in libe-
ris legitimatis. Ita expresse dicit sing. Bald. in. c. de causis. in pe.
48 col. de offi. dele. † Tertio moueor q2 legitimatus est suus heres
⁊ hz iura suorũ. ita dicit sing. Bal. in. l. eã quã. in. j. col. ad fi. C. de fi-
deicõ. Quarto q2 legitimatus preteritus in testõ patris vel exhe
redatus sine cã, hz ius cõtratabulãdi ⁊ dicendi nullũ ⁊ querelãdi
fm Lud. ro. in consi. xxxiiij. qd incipit licet naturalis filius.

49 **Additio.** Glo. in verbo diuide clara est, ⁊ diuiditur in
tres partes. Primo late disputat. † nunquid
diuisio que permittitur ingresso monasterium habenti liberos
dicatur testm̃. ⁊ gloss. vacillat nec clare se firmat, concluditur per
omnes quod dicitur vltima voluntas habẽs vim testamẽti: ⁊ di-
cit Bal. se mirari quare glo. aliter tenuerit videatis hic p eos. In
telligũt doc. istam aut. quando ingressus monasteriũ qui facit pro
fessionem cui lex ex dispensatione permittit vt si liberos habeat
possit testari fm formam hic traditam non aliter: naz si ingressus
monasteriũ nondum fecisset professionem sed etiam intra annum
professionis tunc posset, ⁊ ita tota die seruatur. In secunda parte
ibi. Item videt quod nec, gl. opp. ⁊ se remittit. In tertia parte ibi
nec obstat, opp. de aut. ingressi. vbi monachus quia non habet bo
na non potest testari. ⁊ gl. voluit rñdere ꝙ illa limitatur per istam
nisi monachus habeat liberos in seculo. Iason Papie.
50 ¶ † Capio glos. in ver. moriatur. Ista glos. disputat vtrum legiti-
b ma[b] debeatur filijs ꝗprimum pater ingressus est monasterium
⁊ professionem fecit. An vero debet expectari mors naturalis, gl.
nihil clare firmat, legiste communiter tenent quod debeat expe-
ctari mors naturalis patris. Ita tenent Pe. ⁊ Cy. hic. ⁊ Barto.
in vlti. col. per tria fundamẽta Sali. hic in vlti. col. qui dicit quod
docto. ita communiter tenent. Fulg. hic in penul. col. qui etiam di
cit ꝙ ita communiter tenetur. Idem tenet Bal. in repe. c. si pater.
in vlti. col. de testa. in. vj. vbi refert tres opiniones. ⁊ tenet istam vl-
timam, precipue per text. in. l. statius. §. cornelio felici. ff. de iure fi.
Idem tenet. d. Alex. in. d. l. si cum dotem. in prin. x. colum. ff. so. ma.
¶ In contrarium fortiter stringit tex. in. c. cum simus. de regula.
Sali. hic dupliciter rñdet. Primo, ꝙ aliud sit de iure ciuili, aliud
de iure cano. Secundo qd text. ille debet intelligi qd legitima de-
bet dari filio verum est quando pater naturaliter erit mortuus.
51 Ista nihil valet, propter tex. ibi in ver. tunc. † que dictio tunc deno
tat extremitatẽ tẽporis. l. iiij. in fi. cum simlib. ff. de condi. ⁊ demõ.
Tertio respõdet ⁊ melius. Et hanc tenet. ꝙ in. d. c. cum simus. pa-
ter erat naturaliter mortuus, vt probat ille tex. ad fi. in ver. ex suc-
cessione. prout etiã põderat ibi panor. ¶ Contrariã opi. tenẽt con
muniter cano. vt infra referam. ⁊ Bald. hic in vlti. colũ. in ver. not.
qui dicit, ꝙ filij lz de iure ciuili non possint petere legitimam do-

nec pater

nec pater naturaliter viuit, per hanc aut. Tamē de iure cano. pos sunt per conditionem.d.c.cum simus.qui non est alibi in iure fm eum. Idem tenet Paul.de ca.hic et Pe.de ancha.in.d.c.cum si mus. Sed cōtra Bar.z legistas tenet Panor.in.d.c.in presentia. in.x.colum.z seq.z in.c.Rax.ad fi.de testa.z plenius in.d.c.cuz si mus.idem tenet Lu.ro.in.d.l.si cum dotem.in prin. Jo.de ana.in c.ij.in penul.et vlti.col.de delic.pue. Pro ista opi.habes duas gl. vnam in aut.nunc autem.in ver.tractatur.j.cod.aliam in.§.illud quoqz.in aut.de mona.col.j. Sz qui tenent hanc opi.cō Bart.nō respondent eius fundamentis. Ego teneo opi.legistarum z cōem non per illud fundamētum:q2 in dubijs opinionibus sequēda est illa que fauet religioni:vt dixi.s.in glo.ij. Quia cum hic disputet de legitima filij infra legitimam magis fauemus filijs q̄ mona
52 sterio vt hac aut.vbi dixi in tex. ¶ Moueor tertio,q2†regula est q pater in vita non cogitur assignare legitimaz filio.l.j.§.si impu
53 beri.ff.de col.bono.†imo filius viuo patre nullum ius hz etiam spe in legitima fm Cy.z Barto.in.l.fi.ff.de libe.agno. reprobata gl.in §.si vero nō implens.in aut.de here.et fal.col.j. Idē tz Bar. in.l.post emācipationem.in prin.ff.de lib.lega. Bal.z Mod.in.l. lex cor.ff.de vulg.z pu.imo plus in casibus in quibus pater inui tus cogitur emācipare filium,qui enumerantur per gl.magistrā in.§.fi.insti.qui.mo.ius pa.po.sol.in illis enim casibus nō cogitur pater assignare aliquam legitimam filio,fm Bald.in.l.nō pōt.ff
54 de adop.†ideo iniqua sunt statuta que cogunt patrem soluere le gitimam pro delicto filij fm Cy.z Bal.in.l.si qua pena.ff.de his qui sunt sui vel alie.iur.z in.l.si filius p illū tex.C.de bo.proscri.ie in.d.l.lex cor.vbi tamen videas Mod.ergo sufficit habere regu lam pro se.fm Barto.in.l.ij.in.j.co.in fi.ff.si quis in ius vo.non ie. Facit tex.in.l.suus q̄qz.in x̄.puto.ff.de here.insti.z i.c. venerabilz.
55 in ver.puto quoquo.de sen.exc.in.vj.† Item pro regu.semper est pronuntiādum nisi probet̄ cōtrarium fm Bal.in.c.j.in.ij.col.de alie. iudi.mu.ca.fac.qui dicit ita elegāter notari per glo.in.l.qui resti tuere.ff.de rei ven. Alibi dicit Bal.in.l.si tutor.in fin.C.de ser uo pig.da.manu.q regule iuris sunt tenaciter obseruāde.nisi in cō trarium appareat dispositio specialis. Scdo,quia ecclesia in du bio vtit̄ iure cōi.c.j.ver.sed diuersum.de alie.feu. Tertio q2 mona sterū tenet̄ prestare alimēta filij donec viuit in monasterio vt per gl.hic.z etiā dixi in aut.ingressi.s.eo. Ergo filij nō debēt interim habere legitimam.

Additio. Quarto q2 pater monachus potest dū viuit diuidere oīa bona inter filios,vt dicit textus hic in verbo oēm substātiam:pondera vniuersalem oēm,qd non
56 posset si filius posset cōsequi legitimam in vita.†. Et adde quod si filius ingrederet̄ monasteriū,tūc sine dubio nō debet̄ legitima monasterio p patrē in vita patris.fm Pe.de anch.i.c.ij.de delic. puerorū.z refert z sequit̄ Jo.de ana.ibi.col.pe. ¶ Scda cōclusio
57 glo.est q †lz filijs nō debeat̄ in vita patris monachi legitima,de bet tū monasteriū ipsis prestare alimēta.addit ad hoc Bar.in.l. si qs a liberis.§.itē rescriptū.in fi.p.illū.tex.ff.de lib.agno.qui non allegat hāc glo.sed Spec.in ti.qui filij sint leg.§.j.ver. quid si in trer.et Panor.in.c.trāsmisse.qui fi.sint leg.qui tenet cōtra Bar. et ex hac gl.pōt inferri ad.q.de statuto excludēte feminas ppter masculos sed dotari debeāt z q quousqz erit nubilis habebit ali menta.z ita Pet.de anch.et Ana.in.d.c.ij.col.fi. ¶ Intelligo tū opi.bar.et sequacium qñ pater ingredit̄ monasterium.secus si in grederetur religionē mendicantiū quia cum illa mors ciuilis ha beat in oibus effectum naturalis:credo q filij deberēt tūc statim habere legitimā per ea que dicit Bart.hic in pe. col. vt dixi.s.in
58 glo.ij.ad fi. ¶ †Extra glo.querit Bar.in fi.si ingressus monaste rium moriat̄ intra annū professionis,an eius bona acquirant̄ mo nasterio:an pertinebunt venietibus ab intestato: arguit ad par tes,postea relinquit cogitandū z remittit decisioni canonistarū. Sed aduerte,inquantū bar.allegat tex.i.c.vlti.de succes.ab ite.ille tex.nihil facit fm Ful.hic et Panor.in.c.in presentia. in antepe. col.in prin.de proba. Saluo nisi dicas q Bar.ponderauit qd ibi non constabat de professione:z tū bona acquirūtur monasterio: sed dic q ille tex.loquitur in eo qui expresse obtulit bona sua mo nasterio. Item adde Cyñ.in aut.ingressi.in.j. colum.s. eo.refert Jaco.de rauen.z Pe.tenere q monasterium succedat:ex quo vi det esse ita sua voluntas, cum contrarium non disposuerit. Et q2 summa ratio est q̄ facit p religione.l.sunt persone.in fi.ff.de re ligio.et sumpti.fu.z istā opi.tz.d. Ant.in.d.c.in presentia.in.xvij. col.in princ.sed Cyn.ibi dicit q hec sniā v̄r sibi dura.qd in dubio excludamus veniētes ab intestato,cū interim nō esset monachꝰ. ful.hic i vl.col.dicit q ista qō pēdet ab illo articulo: an itra annū pfessionis sit monachus vel ne:sed reuocabiliter put tz Joā.an. in.c.būficium.de reg.in.vj.z verior v̄r opi.q non,prout tz Bal.in aut.ingressi.s.e. Ergo bona non acquirunt̄ monasterio. Idem q monasteriū nō succedat tz Pet.de anch.in.d.c.beneficiū referens ita tenuisse hic Padue in publica disputatione. Panor.in. d.c. in presentia in antepe.col.idē tenet nisi bona expsse z principaliter dedicasset monasterio,per ea que diximus in auten.ingressi.s.eo.
59 Ego teneo istam opi.q monasterium non succedat:†q2.j.annum professionis non est religiosus.tex.est in.c.religioso.de sen.excom muni.in.vj.no. Bar.in.l.j.per illū tex.C.ne sanc.baptis.rei.z Bar. hic.in vlt.col.circa medium.qd intellige verum nisi quantum ad hoc vt non possit puniri per iudicem secularem fm Ang.in.l.j.ff. de pe.per tex.bonū in simili in.l.statuliber.ff.de questio.z per ista est impositus finis huic auten.

60 Additio. †Aduerte tū z nota quod si monachus intra annum professionis interim aliquid simplici ter donaret monasterio,in dubio censeretur donare causa mor.ita Hosti.z Ant.de bu.post eum in.c.pe.de regula. q̄uis al's semper presumitur simplex z inter viuos,nisi fiat mentio mortis.glo.in.l. seia.in prin.ff.de dona.cau.mor.z in.l.seia.ff.de dote preleg.no. ple ne legiste post Barto.in.l.que dotis.ff.sol.ma. ¶ Restaret aliud
61 maius dubiū,si tēpus pateret:†vcz si aliquis ingrediat̄ ordinem fratrum minorum mendicantium qui non possunt habere bona nec in cōi nec in particulari,z nō haberet in seculo filios vel ascen dentes cui spectabunt eius bona.aliqui dicunt,qd ad papaz: alij qd epo z alij quod ad veniētes ab intestato:de quo vide per Spe. in tit.de sta.mo.i ver.iij. Bar.in tracta.minori.in.j.q.vlti.lib. Bal. in auten.ingressi.s.e. Cy.in.l.deo nob.j. ti.j.plene per cano.in.c.in presentia.de proba.z ibi Bald.col.iiij. z Panormi.in.xx.col. qui refert omnes opi. Ang.in disputa.sua inci.nobilis genere.col.pe nul.z Lu.ro.in suo sing.ccccxxvij.inci.heri cōsului. Et mihi plus placet illa opi.quod venientes ab intestato admittantur. Jason Papie.

1 Emphiteota vel conductor rei ecclesiastice deteriorantes rem ipsam vel non soluentes censum intra biennium puniuntur quatuor penis.
2 De natura alternatiue vel:est q ponatur inter diuersa.
3 Licet emphiteosis ecclesie nō transeat ad extraneos heredes, tū locatio perpetua rei ecclesiastice transit ad extraneos heredes.
4 Emphiteota vel colonus ecclesie per deteriorationem rei pōt ex pelli a iure qd hz:idē est in vasallo vel feudatario propter deterio rationem rei feuda.nu.5.z que requirantur:vide nu.7.
6 Emphiteota priuati an possit expelli propter deteriorationem.
8 Si emphiteota in parte deteriorauit z in parte meliorauit, an sit expellendus.
9 Ita emphi.priuati ficut ecclesie per cessationē solutionis biennio factam perdunt melioramenta: secus est in colono vel inquilino priuati z etiam in conductore ad longum tps vel in perpetuum.
10 Emphiteota ecclesie si cessauerit per bieniū soluere,pōt expelli:si vero sit priuati per triennium: subdit tamen vt infra eo.ti.z nu.11.
12 Simplex colonus vel inquilinus qui conduxit ad quatuor,vel quinqz annos ad hoc vt possit expelli a tota locatione requiritur quod biennio cessauerit.
13 Ubi est factum pactum de non expellendo colonum, expectatur quod cessauerit a solutione per biennium, quod pactum debet fieri specifice z non sufficeret sub verbis generalibus.
14 Uerba specialia plus operantur q̄ generalia.
15 Licitum est dño domus claudere ostium scholaribus z eos eijce re de domo,si non soluunt pensionem.
16 Si emphiteo.tenetur soluere vnum denarium pro cēsu z cessauit soluere talem denarium biennio an possit expelli a iure emphi teotico totali,z an z quando de minimis sit curandum.
17 Ecclesia que hz rem in emphiteosim z cessat soluere quanto tem pore poterit expelli.
18 Si emphiteota cadit propter culpam suam, perdit melioratio nem.
19 Si res immobilis ecclesie est consueta dari in emphiteosim vsqz ad tertiam generationem masculinam: vel est consueta dari ad tempus,si concedatur in tertiam generationem masculinam z fe mininam vel in perpetuum an valeat.
20 In separabilibus vtile per inutile non vitiatur.
21 Consuetudo non se extendit vltra id quod agitur.
22 Dictio penitus:idem importat qd omnino seu omni casu.
23 In factis contra legem si non valet quod fit vltra:non valet etiaz quod fit intra.
24 Que res dicantur esse de mensa ecclesie.



Ui rem huiusmodi. Diuide in quatuor ptes principales: prout quatuor imponuntur pene em phiteote vel cōductori rei ecclesiastice deteriorātibus rem vel nō soluentibus cēsum intra bienniū. Secūda ibi: vt tū sol uat. Tertia ibi:z id in quo rē lesit. Quarta z vltima est ibi:nō repe
1 titurus hoc dicit.† Emphiteota vel conductor rei ecclesiastice dete riorātes ipsam rē,vel nō soluētes cēsum intra bienniū puniuntur quatuor penis. Primo,expellunt̄ a iure qd habēt: Pēsionē totiu

preteriti temporis soluere coguntur. Item damnantur resarcire, Et eorum melioramenta perdunt. Et ista aut. facta est ad declarationem aut. si quas ruinas. ꝛ aut. perpetua. s. cod. In quibus fuit dictū, qñ res immobiles ecclesie possint cōcedi in emphiteosim. Et ideo dum tex. hic dicit qui rez hm̄oi, illa dictio hm̄oi facit relationē ad predictas aut.

2 ¶ † In primis pōdera tex. ibi cōductam vel in emphiteosim, cū de natura alternatiue vel: sit vt ponaṫ inter diuersa: vt est gl. ꝛ ibi doc. in. l. vbi pactū. C. de trāsac. ꝛ in rub. si ager vectig. vel emphi. per qd hic tex. presupponit differentiā esse inter emphiteosim ꝛ locationē seu cōductionē: ꝛ qñ locatio est ad breue tēpus, clarū est ꝙ differt ab emphiteosi, cū per eā nō trāsferatur aliquod ius. §. adeo. insti. loca. gloss. ꝛ docto. in. l. j. C. de iure emphi. secus ad longū tēpus. Pulchrū dubiū est, quid in conductione rei immobilis facta ad longuz tēpus vel in perpetuū. Nunquid differat ab emphyteosi. Io. de imol. in. c. nulli. in. ij. colū. ꝛ in c. ad audientiam in. j. col. de reb. eccle. nō alie. fatetur ingenue nullā esse differētiā in effectu: sed tm̄ in noīe. Idē tenet Io. fab. in. l. j. in j. col. C. de iure emphi. Dic melius, ꝙ imo differētia est etiā in effectu. vt declarat melius ꝙ alibi Bal. in. c. litere. in. ij. colū. de. dila. Nam proprie emphiteota est qui soluit modicū cēsum in recognitionem dominij nō habita recōpensatione fructuū quos pcepit. vt declarat Bar. in. l. j. C. de iure emphi. Sed qui ppetuū soluit tm̄

3 oī anno iuxta recompēsationē fructuuz appellatur cōductor. † Et

a subdit Bald. ibi solēne verbum, per hoc qd lz emphiteosis eccle[a] non transeat ad extraneos heredes: vt per glo. ꝛ doct. in. l. etiā. in prin. ff. so. ma. tamē locatio perpetua rei ecclesiastice transit ad extraneos heredes qd multū not. pro limita. gl. ꝛ scribentium in. d. l. etiam. vbi nemo tāgit. ¶ Itē ex predictis resultat alia differētia effectualis. Nam emphiteote ppter sterilitatem vel interitū partis rei nō fit remissio pēsionis, ex quo modicū soluit nō habita recōpensatione ad fructus quos percipit. l. j. vbi Barto. ꝛ doc. C. de iur. emphi. ꝛ glos. ꝛ doc. in. c. potuit de loca. secus est in conductore perpetuo. vel ad lōgum tempus, cui propter sterilitatem debet fieri remissio pensionis iuxta. l. si vno. in prin. ff. loca. ꝛ. l. licet. ꝛ. l. excepto. C. eo. Et ita in terminis tenēt Cy. ꝛ Bald. in. d. l. j. C. de iure emphi. Ange. in. §. quia vero leonis. in aut. de non alie. col. ij. Pet. de ancha. ꝛ imo. in. d. c. potuit. d. Fran. de are. in consi. lv. qd incipit in causa mihi proposita.

Additio. Scd̄a differētia ex rōne predicta est, qꝛ emphiteota si cessat soluere vel deteriorat rem perdit melioramenta, qꝛ teneṫ facere melioramenta ex natura contractus, cuz emphiteota dicaṫ ab emphi, grece qd meliorationē significat. §. adeo. insti. loca. secus est in conductore priuati ad longū tēpus qui si aliquid nō soluit in termino vel deteriorez rē nō perdit melioramenta: vt statim in seq. no. Iason Papie.

4 ¶ † Scd̄o no. ex tex. ibi deteriorem fecerit, ꝙ emphiteota vel colonus ecclesie ppter deteriorationez rei pōt expelli a iure qd habet. Adde idem esse in colono priuati. l. quero. §. inter locatorē. in ver. ꝛ vt oportet coluerit. ff. loc. Idē est in vsufructuario dānificante rez fm̄ Pau. de ca. hic post Gui. de cu. p tex. in. l. hoc amplius. §. fi. ff. de dā. infec. Et tex. qui tū loquiṫ in fisco, in. l. cognouimus. C. de māci. ꝛ colo. patrimo. lib. xj. Tu adde tex. ordinariū in. l. itē si fundi. in

5 princ. ff. de vsufr. ꝛ queād. quis vta. frua. † Subdit Paul. de cast. idē esse in vasallo vel feudatario qui ppter deteriorationē rei feudalis pōt expelli, ꝛ nihil allegat. Et similiter dicit Pau. ꝙ si vasallus male tractat subditos suos pōt expelli a iure feudi. arg. l. j. ff. de his q sunt sui vel alie. iur. q̄ tū paruz vel nihil facit. Tu adde ad primū tex. in. c. j. §. publici latrones. in ver. inordinate tractauerit. de pace te. Per quē not. ibi Bald. ꝙ vasallus qui male vtiṫ feudo deteriorādo rē feudalē pdit illā. allegat etiā ad hoc istā aut. adde etiā Bar. in. l. diuortio. §. si fundū. in vltimis verbis. ff. sol. mat. Idē tenet Inno. in. c. ad apostolice. de re iud. in. vj. ꝛ ibi Gemi. in. §. sed licet. in. iij. col. Bal. in. c. fi. in pe. col. de iudi. Ad scd̄m dictum adde Bal. in. d. §. publici latrones. vbi Bal. arg. illius tex. not. ꝙ si vasallus habēs castrū in feudū male tractat burgēses castri, dñs pōt eū monere ꝙ eos tractet mō debito ꝛ consueto. alˀs pōt ei auferre castrū, qd est mēti tenendū fm̄ eū. Idē tz Ludo. ro. in. l. diuortio. §. si fundū. ꝛ ibi. d. Alexā. in. ij. col. ff. sol ma. Itē not. Gemi. in. d. c. ad apostolice. §. sed licet. per illū tex. Limita tū ꝛ intellige precedente trina moni. per text. cum gloss. in. c. j. de mili. vasal. qui contu. est. ꝛ in. c. j. §. fi. de pa. iur. fir. ꝛ in cle. j. de vita ꝛ ho. cle. facit text. c. ex literis. ꝛ ibi Bal. ꝛ alij canoni. de consti. facit bene regula quā tradit Ang. in. §. si quis autem. per gloss. ibi in aut. de here. ꝛ fal. coll. j. de qua dixi in. l. ij. C. de edē. Et vide multa pulchra que ponit. Bald. in aut. statuimus. in vlti. no. per illum tex. in ver. iij. requisiti. C. de

5 epi. ꝛ cle. ¶ Restat dubiū. † Quid in emphiteota priuati. an propter deteriorationē possit expelli. Pe. ꝛ Cy. hic in. iij. q. tenēt ꝙ sic. sequūtur Bal. Sali. ꝛ Pau. de ca. hic. Bal. Lu. ꝛ. d. Alex. in. d. l. diuortio. §. si fundū. ¶ Cōtrarium tū sub dubio forte tenet solus Imol. in. d. §. si fundū. quia nullibi hoc reperiṫ in emphi. priuati,

a ¶ Emphiteosis eccle. Adde Ioā. de imo in. l. qd dicit. ff. d ꝟb. obli. idez in. l. insulā. in princ. ff. sol. ma. ꝛ p ant. de but. i. c. si diligēti. i penulti. col. de prescri.

b ¶ Uñ in penalib⁹. Adde glos. in. l. furti. in. §. fi. ff. de his qui no. infa. ꝛ ibi bar. post gl.

b ꝛ quia speciale est hic in emphiteota ecclesie. Unde in penalibus[b] non debet fieri extensio: maxime quando tractatur de priuatione iuris, per ea que dixi late in. l. j. C. de trans. ¶ Tene cōmunem sententiā. nā emphiteota priuati si negligat soluere, vel si nō denunciat dño quādo vendit vel tertio, pōt priuari iure emphiteotico. l. ij. ꝛ fi. C. de iur. emphi. quanto magis debet posse priuari quādo deteriorat rē: tū qꝛ ista duo equiparantur in isto tex. tū qꝛ grauius est delictū qd cōmittiṫ faciendo ꝙ omittēdo, vt est glo. in. l. si mora cū simili. ff. so. ma. Itē qꝛ emphiteota incidendo arbores fructiferas poteit expelli fm̄ Bar. in. l. in fraudē. §. cōductor. per illum text. ff. de iur. fisci. ꝛ in. d. §. si fundum. vbi alij, Bal. hic. in. j. col. Albe. de ro. in. l. j. in vlti col. C. de iur. emphi. Et que arbores cedi possunt ꝛ quō cedi debeant, habes pulchros tex. in. l. equissimum. §. j. ꝛ in. l. itē si fundū. §. fina. ff. de vsufru. ꝛ in. l. ex sylua. cū. l. seqūē. ff. eodem.

7 ¶ † Limita pdicta qd ad hoc vt emphiteota ecclesie vel priuati propter deteriorationez possit expelli tria cōpulatiue requirūtur vt egregie declarat Bald. hic. in. ij. not. ꝛ sequiṫ Fulg. Primo qd deterioratio fit in notabili quantitate habito respectu ad ipsum fundū qꝛ de minima non curat pretor. l. scio. ff. de in integ. resti. iunctis etiā his q̄ dicam in gl. seq. Scd̄o requiritur ꝙ deterioratio sit circa ipsam rē: secus si deterioratio solū tēderet in perceptionem fructuum, puta qꝛ male faceret culturari vel arari prediuz. Istud est damnum suum tātum qꝛ ex hoc pauciores fructus percipiet. Tertio requiritur qd deterioratio fuit dolo vel culpa saltez leui, secus si leuissima. Idem tz Bal. in. l. iij. in pe. col. C. loca.

Additio. Adde Raph. Fulg. hic, et ita p doc. Bal. hic consuluerūt Raph. fulg. ꝛ Cu. simul. cōsil. qd incip. fm̄ Anto. de la cru. ꝛ ita etiaz ego consului Mediolani pro vno de la cruce. Et inquātū Bal. hic dicit hoc non procedere in vinea quia ex quo vites deficatur poterit expelli. Adde quod dicit Pau. de cast. post Bart. ibi ꝛ in. l. ꝛ hec dist. §. cū fundū. ff. loca. qd colo. qui vlti. anno nolūt putare vites vel totū prediū semināt contra naturā prediū vt plures fructus percipiant, ꝛ dñs in seq. anno dānificetur qd teneṫ ad interesse. ¶ Sed cōtra scd̄m requisitum

8 alle. tex. in. l. si merces. §. cōductor. in ver. ne intēpestiua cultura deteriorē fundū faciat. ff. loc. † Quid autē esset si emphiteota in parte deteriorasset ꝛ in parte meliorasset. an isto casu excusaretur a caducitate tāꝙ melioramēta compensarenṫ cū detrimēto. Habes tex. sing. in hac aut. qd adhuc priuari potest. Et qd plus est perdit ipsa melioramenta. Uide tū text. in. l. in fraudem. §. conductor. in versi. non substitutis alijs. ff. de iure fisci. quē declara fm̄ Paul. de cast. ꝛ do. Alexan. in. d. §. si fundum. Ange. in. l. si colonus. ff. arbo. fur. cesa. ¶ Tertio no. hic equiparari deteriorationem ꝛ omissam solutionem. Tamen primum grauius est, cum consistat in faciendo vt. s. dixi. ¶ Quarto pondera tex. ibi, repelli potest. per quem apparet quod non cadit ipso iure. facit text. in. l. ij. in ver. volenti. ꝛ in ver. si voluerit. ibi Bartol. ꝛ alij not. ꝛ ibi dixi. C. de iur. emphiteo. tex. in. §. scire autem. in ver. volentibus. in auten. de non alie. coll. ij. gl. in. l. j. ff. si ager vecti. vel. emphi. pet. Et patet quia potest mora purgari. c. potuit. de loca. ꝛ tamen si committeretur ipso iure non admittereṫ purgatio more. l. traiectitie. §. de illo. ff. de actio. ꝛ obli.

9 ¶ † Ultimo not. ꝙ emphiteota ecclesie vel colonus per cessationem solutionis biennij factam perdunt melioramenta. Idem est in emphiteota priuati. l. ij. ꝛ ibi Baldus nota. vbi dixi. C. de iure emphiteo. secus est in colono vel inquilino priuati. l. colonus. in princip. vbi gloss. ꝛ Bartolo. ꝛ in. l. dominus horreorum. §. j. ꝛ ibi Barto. ff. loca.

Additio. Et quare secus sit in colono priuati, vide rationem diuersitatis per Bartol. in. d. l. colonus. quam declara vt per Paul. de cast. ibi. Ex qua ratione sic declarata infero vnum qd non inuenio tactum, quod idem esset in conductore in perpetuum, vel ad longam tempus. quia si expelleretur propter pensionem non solutam, credo qd non perdat melioramenta: quia ratio que est in emphiteota cessat in conductore ad longum tempus vel in perpetuum. Et ex hoc habes aliam differentiam inter emphiteotam ꝛ talem colonum. Unum tamen not. ꝛ diligenter aduerte, quod si colonus vel inquilinus aliquid soluant vicinie pro impensa, puta pro reficiendo fonte vel puteo publico vel reficiendo pertica vel strata saliganda, talis impensa debet spectare ad dominum, ꝛ illud quod soluit compensabit in pensione vel repetet a domino. ita Speculator in titu. de censi. §. j. versiculo ꝛ pone quedam vicinia. ¶ Capio gloss. in versiculo per biennium. ex qua collige tres conclusiones: prime due sunt clare.

10 tertia est dubia ꝛ disputabilis. Prima est † quod emphiteota ecclesie si cessauerit per biennium soluere, potest expelli vt hic: ꝛ. c. propter sterilitatem. ꝛ. c. potuit. de loca. Secunda conclusio est, qd in emphi. priuati requiriṫ trienniū in. l. ij. C. de iure emphi. ꝛ sic isto casu fauore ecclesie minus tēpus statuiṫ quā in emphi. priuati. ¶ Limita istas duas cōclusiones tribus modis. Primo modo in re cēsuali: vbi etiam si cessaret centum annis soluere, nunquam pot: st

potest expelli a iure cẽsuali.nã cõcessio censualis dicit qñ ecclesia
vel priuatus trãsferunt omne dñium directum vel vtile qđ habet
in accipientẽ pro annuo cẽsu.ita qđ nullũ dñium remanet penes
concedẽtem.c.cõstitutus.cũ glo.vbi doc. de religio.do.ꝛ in specie
voluit Jmol.in.c.ad audientiam.in.ij.col.de reb.eccle.nõ alienan.
Joã.fab.in.§.adeo.in.pe.colũ.insti.loca. Bald.in aut.ei qui.in.xv.
col.in.ver.pone qđ ex ɔcessione principis. C.de bo.auto.iudi.pos.
per Bal.in titu.de pace cõstan.in.ver.persoluere fictum. ꝛ limita
vt ibi per eũ.Et no.diligenter.ꝙ si non apparet qualis fuit con/
cessio:quia verba inuestiture erant ambigua,in dubio censet cen/
sualis.Exemplum puta inuestitura antiqua dicit,quod Ab.cũ
capitulo cõcessit tale feudũ in perpetuum titio ꝛ heredibus.ꝛ nõ
dicit in emphiteosim. vel aliter,in dubio censetur cẽsualis.ita di/
cit Albe.de ro.se de facto rñdisse in.l.ij.in.viij.colum.in ver.qd de
questione a me quesita per quẽdam priorem.C.de iur. emphi.vbi
11 dixi.†Scđo limita qñ solutio non est aliter limitata per partes.
Nã si actũ esset,ꝙ singulo lustro pẽsio solueretur,in emphiteota
ecclesie requirerentur duo lustra ꝛ in emphiteota priuati require
rentur tria lustra,ꝛ sic.xv.anni. Idem qñ ex qualitate rei nõ solue/
ret vtputa nõ cõsistẽtis in pecunia.Ita not.declarat Bal. in.l.ex/
cepto in.ij.col.C.loca.ꝑ tex.in.l.diuortio.§.ob donatiões.vsi.qđ in
anno.ff.so.ma.ꝛ ibi.d. Alex.in vlti.col.sequitur ꝛ infert ad decisio
nem questionis quã dicit de facto habuisse ibi videas.Tertio li/
mita nisi interpositum sit iuramentum,qꝛ emphiteota statim qđ
primo termino cessaret soluere ꝑpter iuramentũ caderet ab omni
iure qđ hꝫ, nec tũc expectaret biẽniũ vel triẽnium.l.si qs maior.C.
de trãsac.ꝛ ibi dixi de hoc vltimo allegãdo decisio.doct.in specie.
12 ¶†Tertia conclusio est ꝛ valde dubia,qđ simplex colonus vel
inquilinus qui conduxit ad quatuor vel quinqꝫ annos,ad hoc vt
possit expelli a tota locatione,requiritur quod biẽnio cessauerit.
Idẽ tenet glo.in.l.ij.in ver.triennũ. ꝛ ibi Albe.in.ij.col.C. de iure
emphi.gloss.in.§.adeo.insti.loca.ꝛ in.§.sine autẽ.in auten. de non
alie col.ij.ꝛ in.l.vectigalia.§.j.ff.de pub.Pe.ꝛ Cy.hic.in.iij.q.Pro
ista opi.faciunt tria iura.Primo text.in.l.quero.§.inter locatorẽ.
ff.loca.Scđo ꝛ fortius stringit tex. hic.ꝛ in.c. propter sterilitatem.
de loca.Hoc modo inducendo.nã in hac materia magis fauetur
ecclesie ꝙ priuato:patet quia emphiteota ecclesie potest expelli si
tantũ cesset biẽnio,sed in priuato requiritur trienniũ.vt.s. dixi.ꝛ
tñ in ecclesia cui magis fauetur,colonus ecclesie expelli nõ potest
nisi cessauerit per biennium,ergo multominus colonus priuati.
Tertio adducitur tex.in.l.cũ dñi horreorum.ff.loca.vbi si inquili/
nus conducit horreũ ꝛ est absens ꝛ ignorat vbi sit ꝛ nõ soluit pen/
sionẽ,nõ permittit dño solũ facere aperiri horreũ locatum nisi de/
mum elapso biennio:multominus poterit eũ priuare tota locatio
ne.Scđa est opi.gloss.in.l.edẽ.in ver.soluisti.C.loca. Ubi gloss.di/
stinguit,aut factũ est pactũ de non expellendo sub pena.ꝛ tunc de
bet biennium expectari.Ita loquitur tex.in.d.§.inter locatorem.
aut nullũ pactũ est factum.ꝛ tunc statim quo cessat soluere potest
expelli.l.edẽ.in prin.sumendo arg.a cõtrario sensu. C.loca. Istam
opi.tenet Bar.hic.in.j.op.Barto.ꝛ Ang.in.l.ij. C.de iure emphi.
Bar.in.d.§.inter locatorẽ.ꝛ in.l.vectigalia.§.j.ff.de pub. Ange. in
§.scire autẽ.in aut.de nõ alie coll.ij.Panor.in.c.ꝑpter sterilitatẽ.
in vlti.no.ꝛ ibi do.Ant.ꝛ Jmo.de loca. Bal.in.c.querelam. in. iij.
col.de elec.¶Tertia fuit opiñ.Jac.but.ꝛ Bal.qui distinguunt.
aut agitur de expellendo a presenti vsu, ꝛ tunc statim potest ex
pelli cum cessat soluere,ꝛ sic intelligitur.d.l.edẽ.a contrario sensu.
aut enim queris an possit expelli a totali locatione. ꝛ tunc exigit
lapsus biẽnij.ita loquunt alia iura preallegata.Istam distin.not.
tenet etiam Bald.in.d.l.edeꝫ.in.ij. col.ꝛ in.l.ij.in. v.col.ꝛ ibi Sali.
Pau.de ca.ꝛ Fulg.hic.ꝛ Pau.de cast.in.d.§.inter locatoreꝫ. Tu
teneas aliã ꝛ quartã opi.ꝛ sic teneas quarto loco distin.quã ple/
ne tradit Bar.in.d.§.inter locatorem.faciẽdo tres casus principa
les,ex qua doc.colligitur concordia ad rões text.preallegatas.ꝛ
illam doctrinaꝫ sequitur etiã Ludo.ro.in.d.l. vectigalia.§.j. Nec
ob.qđ dicebatur,qđ in colono ecclesie cui fauet magis, tamen re/
quiritur biennium vt hic in tex.nostro.ergo multomagis in colo/
no priuati. Responde ꝙ ideo in colono ecclesie statutum est bien/
niũ,eo quia talis colonus perdit melioramenta vt hoc text. Un/
de cuꝫ in hoc grauetur releuatur in alio in tẽpore biẽnij, per regu
lam.l.cum qui.in prin.ff.de iureiuran.Secus est in colono priuati
qui si expellat per cessationẽ solutio.tñ nũꝙ perdit melioramenta
13 vt.s.dixi in tex.¶†Adde circa primũ membrum distin.Barto.
Inquantum Bar.post glo.vbiqꝫ tenet,ꝙ si est factũ pactũ de nõ
expellendo sub pena,tunc propter istud pactuꝫ requiritur lapsus
biennij,ad hoc vt pactũ aliquid operet,alias sine pacto posset sta
tim expelli:licet gl.vbiqꝫ ꝛ vbiqꝫ etiã Bar.sic teneat.Ego in con/
trariũ fortissime arguo.Nã pactũ de nõ expellendo sub pena non
alterat nec mutat naturam contractus in aliquo. text.est in.l.ij.
circa medium.in versiculo.vel pena opponenda.ꝛ ibi declarat gl.
in versi.opponenda.C.de iure emphiteo.ꝛ ibi Barto.in.iij.col.et

Salice.et alij colligunt istam regulam ex illo tex. Nec potest dici
pactum esse frustra,ex quo continet penã certã:propterea gloss.ꝛ
nõ ab re in.d.§.inter locatorẽ.intelligit illum tex.in cõductore ad
longũ tẽpus.Quod ego tñ nõ firmo.Cogita super hac difficulta
te:qꝛ durum est realiter respõdere.¶Tenendo tñ communeꝫ in/
tellectũ ad.d.§.inter locatorẽ.ꝙ ibi biẽnium requiratur propter
pactum de non expellendo.Dic ꝙ ille casus est sing.et non repe
ritur alibi in iure ẽm Jmol.ꝛ Lud.in.d.l.vectigalia.§.j.ꝛ Jmol.
in.d.c.propter sterilitatem.in.xiij.col.et in.xxvj.quẽ mirabiliter
limitat.d.Alexã.in consi.cv.in.iij.vo.qđ incipit magnifice pretor.
in.vj.col.ad fi.vt procedat qñ specifice et formaliter fuit promissuꝫ
de non expellendo inquilinum sub pena. Unde non sufficeret in
genere promittere ratam et firmam habere locationem.Moue/
tur quia traditum est pro forma qđ illud ibi sic exprimatur.Ergo
non sufficit impleri per equipollens.vt not.per Moder. in.l.ij.
ff.de libe.et posthu.Istud fundamentum non placet,quia redicu
lum puto,qđ pro forma ibi tradita sit ꝙ illa verba sic specifice ex
14 ꝑmant.quia esset ꝯ ti.C.de formu.et impetra.Magis faceret†qꝛ
verba specialia plus operantur quã generalia.l.sed et si quis.§.
quesitum.ff.si quis cau.¶Item adde circa tertium casum distin
ctionis Barto.qđ quando nullum est pactum et inquilinus vel
colonus est presens,statim qđ ipse cessat soluere potest expelli per
text.in.d.l.edem.in prin.a contrario sensu.¶Ad idẽ facit.l.vecti
galia.§.j.ff.de pub.et vectig.ꝛ cõmis.Nec dicas qđ hic sit speciale
fauore fisci vt dicũt gl.Jmo.ibi cũ i fisco nihil cẽseat speciale quã
in alio nisi.vbi exprimitur.l.item veniunt.§.in priuatorũ vbi gl.ff.
de peti.here.gl.in.l.j.C.e.¶Tertio addo qđ not.Ang.in.l.est diffe
rẽtia.ff.in quib.cau.pig.taci.contra.vbi per illum text.in ver. pre
15 cludatur.no. Ange.†quod licitum est domino domus claudere
ostiuꝫ scholaribus,ꝛ eos eijcere de domo si nõ soluunt pensionẽ.
Sed aduerte dum Bar.et sequaces fundant se in.d.l.edem.a cõ
trario sensu quia videtur quod stringat ad oppositum. in versi.
insolidum non soluisti.Pondera dictionem insolidum.nam soli
dum seu totam pensionem non tenetur soluere nisi in fine locatio
nis vt per gl.et doc.in.d.l.edẽ.facit tex.in.l.sed addes.§.si qs cũ i
annum.ff.loc.ergo ille.tex.probat oppositũ,quod statim cũ cessa
uerit soluere possit expelli.Istã difficultatẽ tangit Joã.de imo.
in.d.c.propter sterilitatem.in.xxvij.col.ꝛ ibi dicit,ꝙ doc.eam nõ
tangũt alicubi.Et respõdet tribus modis.ꝛ pro certo,inepte nõ
curo referre.¶Sed tu clare rñde et bene:ꝙ glo.ꝛ doct.loquũtur
quãdo quis ɔduxit domũ vel fundũ ad quinqꝫ vel sex annos pro
pensionẽ.puta.xxv.ducatorum in anno,quo casu solidam pensio
nem.xxv.ducatorũ tenent soluere in fine cuiuslibet anni vt decla/
rat Bar.in.l.si seruus cõmunis meuij.§.fi.ff.de stipu.ser.pone qđ
cessauit per vnũ annum integrum soluere solidã pensionem cer/
te ẽm docto.põt expelli a tota locatione.et hoc modo cessat dicta
difficultas.et ita declarat Sali.in.d.l.edẽ.ꝙuis ibi Bal.aliã sol.
sentiat in.j.col.¶Limita istã cõclusionẽ procedere in colono vel
inquilino ad modicũ tẽpus. si autẽ esset ad longũ tẽpus.puta ad
decẽnium : tũc requireretur lapsus triẽnij sicut in emphiteota
ad hoc vt possit expelli:quia tũc habet ius in re sicut emphiteo/
ta.Ita tenet Ang.in.§.scire autẽ.in aut.de non alie.coll.ij. Dicit
tamẽ se nescire legem de hoc idẽ tenet.d.Ant.de bu.i.d.c.propter
sterilitatem.et ibi Jo.de imo.in.xxv.colũ. et seq.et ibi Panor.in
vlti.not.Ful.hic.Bal.in.c.litere.in.ij.col.de dila.et in.c.si.cautio.
in pe.col.de fi.instru.et in.c.querelam.in fi.de iureiur.et in.d.l.edẽ.
in.j.vel.ij.col.do.Alexan.in consi.cxvij.in.iiij.vol.qđ incipit viso
processu cause vertentis inter dominã luciã.in pe.col.ꝛ seq.Con/
trarium sub dubio forte tenet Jmol.in.d.l.vectigalia. §.j.et forte
melius.Nã si esset locator perpetuus,tunc bene posset equipara
ri in hoc emphiteote iuxta ea que dixi in tex.Sed qñ est inquili/
nus vel colonus ad decenniũ et sic ad longũ tẽpus:lꝫ habeat ius
tñ est temporale:ideo nõ bene arguitur ab emphiteota habente
ius perpetuo duraturũ.Non recedas tñ a dicta limitatione que
est cõis.¶Capio gl.i verbo repelli põt.quã diuide i duas partes
prout duas format questiones.scđa ibi:quid si vna ecclesia hꝫ.ve
16 nio ad primam qõ.†qñ emphiteota soluit vnum denarium pro
censu,si cessaret soluere talem denarium biẽnio,an posset expelli
a iure emphiteotico totali.et in primis glo.et Bar.dubitãt quo
modo potuerit concessio fieri pro vno nummo,per ea q̃ declarat
Bar.in aut.preterea.s.e.tu dic ꝙ hodiernis temporibus omnes
tales contractus emphiteotici cũ ecclesia propter cõsuetudineꝫ
sustinentur ẽm Specu.in titu.de loca.§.nunc aliqua.versi.vj. do.
Alex.in consi.lxxix.in.j.vo.qđ incipit circa primum de quo queri
tur.s.corã quo dño.in.ix.col. Idem tenet Ful.hic allegando glos.
in.§.lex.itaqꝫ.i aut.de nõ alie .coll.ij.¶In ista qõ.intelligẽdo eã
put iacet certe cõiter doc.hic tenẽt qđ possit expelli propter non
solutum canonem vnius nũmi.Sicut si magnam summã soluere
deberet,ꝛ dicit Bal.quod ita de consuetudine seruatur. Idem te
net Bald.in.l.cum allegas.in.vij. oppo. C.de vsur.et in rubri.C.

de contrahē.empt.ꝛ in.l.q̄uis.ff.de cōdi.ꝛ demon.ꝛ in.c.si proponēte.ad fi.de rescri. Pro ista.opi.facit euidens rō.nam talis nummus soluiť in recognitionē directi dominij vt declarat Bart.in.l.j.C.de iure emph. Si ergo emphiteota cessat p triēnium soluere illum nummū pōt expelli. Nō ꝑpter nūmū tm̄ sꝫ ꝑpter cōtemptū dn̄i quē recusat recognoscere. Et sic collige ex illa conclusione qꝺ ꝑpter omissam solu.vnius nūmi succedit pena legalis. Pro comprobatione adde.xij. Primo qꝺ decidit Ange.in.l.si seruū quis.§.pretor.in fi.ff.de acquir.here.vbi dicit, ꝙ thesaurarius cōitatis amouens vnū solū denariū de pecunia cōis incidit in penā statuti puniētis amouētem pecuniā cōis. Scḋo facit qꝺ no.Bald.in.l.etiā.in pe.q.per tex.C.ad.l.fal.ꝙ qui cōmodauit tacitā fidē in vno nūmo de restituendo incapaci, cēsetur indignus tota hereditate. Hoc tn̄ reprobat.d.Alex.in.l.ex facto.§.iulianus longinus.p illū tex.in fi.ff.de vulg.ꝛ pup.qꝺ pro nunc aliter non examino. Tertio facit quod vult Bal.in.l.cum sit.C.de sepul.vio.ꝙ regula qua cauetur,qui non hꝫ in ere luat in corpore.l.pen̄.ff.de in ius vocā.ꝓcedit etiā si qs pōt soluere totā pecuniā excepto vno nūmo,ꝛ seqtur.d.Alex.in.d.l.penul. Quarto accedit qꝺ vult Bal.in.c.si ꝓponente.de rescrip. Quod statutum excludēs mulierē dotatā procedit etiam si sit dotata in vno nummo. Quinto adde qꝺ spoliato qui dꝫ ante oīa restitui si vnus nūmus deficeret,non teneť in alijs rn̄dere.ꝛ idē de expensis litis fm Bal.in.c.cōquerente.in.j.col.de resti.spoli. Sexto adde,ꝙ propter excessum in vno nūmo vltra dimidiū iusti precij dꝫ suppleri totū verū ꝛ iustū precium fm Bald.in.c.cū causam que inter economū.de testi. Septimo adde qꝺ per solutionem etiam vnius nummi facta noīe census interrumpitur prescriptio fm Bald.in.c.illud.in vi.col.de prescri. Octauo adde ꝙ venditor pōt totā rem vēditam retinere etiā pro vno nūmo precij non soluto fm Bal.in.l.fi.C.cōmo.ꝛ est glos.no.in.l.res bona.ff.de cōtrahē.emp.Bal.in rub.C.eo.in.x.q.ꝛ in.c.cū adeo.in.ij.colū.de rescript. Nono adde ꝙ stante statuto ꝙ nō soluta gabella contractus sit nullus,ꝙ si fuit defectus in vno nūmo ꝯtractus annullabitur fm Ang.in.l.qui heredi.ff.de condi.ꝛ demon.ꝛ in.l.si.seruus.§.si pluriū.p illū tex.ff.si quis cau.q̄uis cōtrarium in ver.vlti. tenet Ludo.ro.in.l.diuus.ff.ad silla. Decimo adde ꝙ si statutum disponit ꝙ appellans debeat soluere quinqꝫ denarios pro libra,ꝛ aliquis appellans omisit in vno nūmo ꝙ diciť appellatio deserta. Ita valde no.tenet Bal.in addi.Spe.in ti.de appel.in ver.sed pone dicit statutū,qꝺ bene not. Undecimo adde ꝙ si executor ad pias causas recepit fere totū preciū rei vendite,ꝛ de vno nummo habeat fidem ꝙ nō trāsfert dominiū:vt per Bal.no.in.l.inciuile.C.de rei ven. Duodecimo adde Bald.in.l.ij.in.viij.colū.C.de rei vē.vbi tenet,ꝙ vnus solus nūmus est in cōsyderatiōe ꝛ per Alex.in.l.si seruus.§.si pluriū.in fi.ff.si quis cau.predicta oīa faciunt ꝙ de minimis sit curandum,qꝺ videť ꝯ regulam.l.scio.ff.de in integ.rest.ꝛ.l.q̄uis.ff.de condi.ꝛ demon.Sed de hoc vltimo dic vt not.per Bart.in.l.si proprietarius.in prin.ff.de dā.infec. ¶ Reuertor nūc ad glo.nostram ꝛ addo ꝙ aliter ꝛ secundo mō intelligitur ista glo.per Pau.de ca.in.l.in execu.§.item si ita.ff.de verb.oblig.qꝺ loquatur in emphiteota qui soluit totā pensionem excepto vno nūmo,qꝺ ꝑpter defectum vnius nūmi pōt expelli a tota emphiteosi ac si nihil soluisset. Sed certe glos.nō loquiť in his terminis, sed loquiť qn̄ tota pensio erat solum vnus nūmus ꝛ in terminis in quibus loquiť Pau.de ca. ¶ Contrarium tꝫ Bald.in.d.l.edē.in ver.sed nūquid pro vno nummo:vbi tenet Bald.ꝙ inquilinus vel colonus qui soluit totam pensionem excepto vno denario qꝺ expelli non potest. Ego in puncto iuris puto opinionem Pau.de ca.esse veriorē,ꝛ vltra ea que generaliter tradi solēt in.l.v.§.cato.ff.de ver.oblig. Moueor in specie p quatuor ex his que.s.proxime retuli. Primo per illud qꝺ vult gloss.not.in.l.res bona fide.ff.de contrahē.emp. Et dicit Bal.in.l.fi.C.cōmo.ꝙ venditor pōt totaꝫ rem venditā retinere etiam pro vno nūmo precij non soluto. Scḋo facit qꝺ vult Bal.in.c.cōquerēte.in.j.col.de resti.spo.vbi dicit ꝙ regula que hꝫ ꝙ spoliatus ante oīa est restituendus,ꝛ prius non debet aduersarius audiri quod ꝓcedit etiaꝫ si vnus nūmus deficeret. Tertio qꝛ ꝑpter excessum in vno nūmo vltra dimidiaꝫ iusti precij hꝫ locū remediū.l.ij.C.de rescin.vendi.fm Bal.in.c.cū causam que inter economū.de resti.per glos.in.d.l.res bona. Quarto quia per solutionē etiā vnius nūmi factā noīe census interrumpiť prescriptio fm Bal.in.c.illud.in vlti.col.de prescrip. ¶ Intellige tn̄ sane nisi per errorē omisisset soluere illū nummū.l.q̄uis rationes.ff.de condi.ꝛ demon.quā ad hoc reputat sing.Bald.in.l.pro hereditarijs.in.iij.col.C.de here.actio.ꝛ in istis terminis potest saluari Bal.in.d.l.edem. ¶ Predicta not.ad materiam:an de minimis sit curandū.de qua per Bar.in.l.si proprietarius in princi.ff.de dā.infec.prout etiā dixi in.q.gloss.dic vt dixi in.l.placet.s.eo.

9 ¶ An de minimis.adde l.scio.ff.de in inte.rest.ant.cors.de sicilia in trac.de minimis.in prīa regula.

a

17 vbi allegaui concordātes ad hoc. ¶ † Sed quanto tempore poterit eccl̄ia per aliā expelli. Sali.hic mirabiliter tenet ꝙ requiratur trienniū.quia priuilegiatus cōtra aliū priuilegiatū nō vtiť priuilegio suo.vt traditur in aut.quas actiōes.j.e.sed tu tene ꝯtrariū,quod imo sufficiat bienniū p istā aut.indistincte loquētem. Ita tꝫ Bal.hic post Ja.bu.ꝛ Pe.Spe.in ti.de loca.§.nunc aliqua.versi.xv.ꝛ ver.xxij. Et rō est,qꝛ ecclesia q̄ recipit emphiteosim non est priuilegiata.sed bene ecclesia que concedit.ergo hic non est priuilegiatus contra priuilegiatū.vt tradit Bar.in aut.quas actiones.j.eo.

Additio. De isto pūcto quando ecclesia habet rem in emphiteosim ꝛ cessat soluere an possit expelli sicut priuatus,dixi in.l.placet.s.eo.in illo tex.in ver.nullam trāslationē.ꝛ ibi Bal.ꝛ Bal.in.c.j.in princi.vbi aliū oēs de alie.feu. Cano.in.c.constitutus.post gl.ibi.de relig.do.ꝛ ibi per Pano.rn̄dentem quibusdam fundamentis Joan.and.ꝛ aliorum ibi. ¶ Sed pulchrum est videre quāto tempore expelli possit ecclesia cessans soluere.glos.non aperit,nunquid requiratur triennium vel biennium. Sali.hic tenet ꝙ requirať triennium ꝛ ita intelligit ꝛ apostillat glo.istā.moueť qꝛ lꝫ ecclesia habeat ꝯ priuatum priuilegiuꝫ vt ex illo biennio possit expellere.tn̄ ecclesia cōtra aliā ecclesiā perdit istud beneficium.patet ex not.per gloss.not.in aut.nisi rogati,ad fi.in glos.mag.C.ad trebel. Aduerte quia credo Sali.male dicere,ꝛ ꝙ imo cessando biennio dꝫ expelli per generalitateꝫ huius aut.vbi dicitur ꝙ emphiteota ecclesie cessando biēnio expellitur nec distinguitur an sit priuatus vel ecclesia.ita decidit Bald.hic post Jac.but.ꝛ Pe. Item quia ecclesia accipiens non est priuilegiata tempore,sicut ecclesia concedens,ergo non potest vti priuilegio suo etiam ꝯ aliā ecclesiam ex docti.Bar.in aut.quas actiones.j.eo.imo plus Specu.in tit.de loca.§.nūc aliqua.versi.xxij.ꝛ ibi Jo.an.in addi.tenet ꝙ si ecclesia reciperet reꝫ in emphiteosim non ab ecclesia sed ab alio priuato,q̄uis emphiteota priuati non cadat nisi cesset triennio,tn̄ isto casu ecclesia cessando biennio expelleretur:quia eo iure quo ecclesia vtitur cōtra alium dꝫ vti contra se.istud tn̄ fundamentum non videtur tutuꝫ:quia procederet qn̄ ecclesia haberet tale ius ad eius postulationem tunc procedit titulus.ff.qꝺ quisqꝫ iur.sed ecclesia nō hꝫ tale ius ad eius postulationē:stat ergo ꝙ ecclesia habens emphiteosim si cessat biennio soluere potest expelli ꝛ in hac nemo discordat. In cōtrarium stringit text.singu.in.c.j.§.fi.de ca.conra.in vsi.feu.quem dicit esse sing.Ang.de are.in.§.finitur insti.quib.mo.ius patrie pote.sol.ꝛ ideo.Salice.dicit ꝙ ille text.fecit eū multoties dubitare,sꝫ ꝙ subtilius consyderando ille tex.loquitur qn̄ ecclesia hꝫ feudum a rege,quia si prelatus sit negligens soluere preiudicat sibi prelato nō successoribus vel ecclesie,nos loqmur qn̄ ecclesia habet ab ecclesia,quia tūc vtraqꝫ admittit priuilegiū:ꝛ ista dicit etiam inaudita,que sol.ad illum tex.mihi non placet:quia est verū qn̄ vterqꝫ est in specie priuilegiatus.tunc priuilegiatus contra priuilegiatū non vtitur priuilegio vt per Bart.in.d.aut.quas actiones.sed hic non est sic.quia lꝫ ecclesia concedens sit priuilegiata in tempore,tn̄ ecclesia recipiens non est priuilegiata:vnde tutius est dicere,ꝙ illud ius consuetudinarium in feudis nō debet extendi ad emphiteosim vt per Bar.in.l.vt iurisiurandi.§.si liberi.in duobus locis.ff.de ope.lib.dixi plene in.l.ij.de iure emphiteo.j. Jason Papie.

¶ Capio gloss.fina.in verbo meliorationis.istam gloss.diligenter

18 no.† ꝙ qn̄ emphiteota cadit propter culpā suam:tunc perdit meliorameuta. Ergo vult glo.ꝙ si caderet sine culpa:puta qꝛ emphiteosis esset finita non perdidit melioramenta. Et ita istā gl.pōderat Raphs.cuma.in consil.ccxij.qꝺ incipit monasterium iure loc.in vlti.col. Pro primo casu adde tex.in.l.ij.in verbo nomine meliorationis ꝛ ibi Bal.no.C.de iure emphi.cum concor.quas ibi dedi.in.vij.no.q̄uis aliter teneat gl.in.l.colonus.in princ.ff.loca.quam ibi reprobat Pau.de cast.post Bart. Pro scḋo casu adde Spec.in.d.§.nunc aliqua.in versi.cxxxi. Bald.in.c.j.§.si quis de manso.in.v.col.de controuer.inue.in vsi.feud.ꝛ in.l.fi.C.cōmunia de leg.ꝛ

19 in.l.senatus.§.marcellus.vbi alij.ff.de leg.ij. ¶ † Extra glo.querit Bart.de pulchra ꝛ subti.q.pone ꝙ res immobilis ecclesie est consueta dari in emphiteosim vsqꝫ in tertiā generationē masculinaꝫ:vel est consueta dari ad tempus. Pone quod concedatur in tertiam generationem masculinam ꝛ femininam:vel pone etiam ꝙ concedatur in perpetuū. Nunquid valeat. Bar.dicit se dubitare nec aliter declarat.an vitietur in totum.an saltem valeat quo ad generationem permissam. Bal.in aut.si quas ruinas.in.j.col.s.eo.refert Bar.hic tenere ꝙ concessio sit in totum nulla,ꝛ eum reprobat,ꝙ imo valere debeat quo ad lineā masculinam,lꝫ nō quo ad femininā.ꝛ sic saltem dꝫ valere quo ad casum pmissum per tex.fm eum ad literā in.§.neqꝫ illud.in aut.de non alie.coll.ij. Idem tenet Fulg.ꝛ Pau.de cast.hic.ꝛ dicit Pau.de ca.ꝙ opi.Bal.est verior ꝛ equior ꝙ sit opi.Bar.hic:q eā amplexus fuisset si bn̄ cogitasset fm eū. Idē tenet Lud.ro.in.l.j.§.si stipulāti.ff.de verb.obli.vbi dicit mirandū esse de tāto patre quantū fuit Bar.qui dixerat cōtra casum.d.§.neqꝫ illud.ꝛ vide oīno ibi Alexā.ꝛ Are. Idē te

20 net Jmo.in.c.fi.in an tepenul.col.de fer. † Notus quia in separabilibus vtile per inutile non vitiatur.l.sancimus.C.de dona.idem tenet.d.

tenet.d.Alex.in cõsi.xxviij.in.ij.vol.qd incip.ɔsyderatis circa fi. Istud idẽ simili i feudis tz Bal.p aliqua fundamẽta i.c.j.i pñc.in iiij.col.qui feu.dare pos.z in.c.j.§.similiter.p illũ tex.de lege conra. z in.l.si pupillorum.§.fi.ff.de re.eo.Imo.in.l.qd dr.in fi.ff.de ꝟ.ob. Pro ista parte bene facit tex.not.in.c.dilectus.in ver.nos vero.de preben.facit glo.no.in.c.querelam.in glo.mag.in ver.potuit.z ibi Panor.z Jo.de ana.in vlt.col.de simo.Facit qd vult Barto.in.l. cotem ferro.§.dñs.ff.de pub.Bal.in.l.cũ ꝓponas.C.de nau.feno. ❡ Quid tenendũ:ɔsydera in primis qd hic Bar.non dicit qd cõcessio sit in totũ nulla:put male reprehendit̃:imo non aperit:an in totũ sit nulla:an in parte:z fundamẽta sua pbant qd solum in parte vitietur:z ita eũ recitat z fideliter Imo.in.c.fina.in antepe.

tum annos qd nunq̃ miſit, qꝛ non fuit expeditum: per hoc non li
beratur, et ſimile dicit Barto. in habente ius eligendi rectorem
eccleſie, ſi ſteterit cētum annis ꝙ rectorem non elegit, qꝛ non expe
diuit: ſibi non preiudicat. ¶ Tertio facit text. not. in. l. cū ſcimus.
C. de agri. et cenſi. lib. xj. quem Barto. ibi circa medium multum
not. ꝙ terre recommēdate, que tenētur ciuitati peruſij in ſuis ca/
ualcatis cōcedere gentes armigeras, ſi ſteterunt per centū annos
qd nihil cōceſſerunt, eo qꝛ peruſini erant de ſuis gētibus copioſi:
nihil facit: ſequitᷓ Bald. in. l. imperium. in. vij. col. ff. de iuriſdi. oim
iudi. Lud. ro. in repe. rub. ff. de arbi. in. xxj. col. ¶ Quarto facit qd
tenet Ang. in cōſi. cxvj. ꝙ inci. iā ſunt octuaginta anni ad fi. quod
Ianuenſes obtinuerunt contra Florentinos repreſalias, quibus
multis annis vſi nō ſunt, qꝛ nullus Florētinus trāſiuit per eorū
diſtrictum: nihil eis preiudicat. ¶ Quinto facit quod volūt bal.
Ange. ⁊ alij in. l. hec autē iura. in prin. ff. de ſer. vrba. predi. quod ſi
princeps vel dñs ſtetit per centum annos ꝙ vaſalis ſuis non im
poſuit aliquod onus, vel nō eſt vſus in caſtro iuriſdictione qꝛ nō
occurrit caſus: in nihilo preſcribitᷓ. idē tꝫ Inn. in. c. dilectus. de ca
pel. mona. Cyn. in. l. j. in. vj. qō. C. de ſer. ⁊ aqua. Ioā. and. in addi.
Specu. in titu. de feu. ſuper rubri. Panor. in. c. ad audientiam. in
vlti. col. de preſcri. Facit bona gl. in. cle. j. in gl. pe. de foro compe. ⁊
gloſ. in. c. plerunqꝫ. in gloſ. ij. de reſcrip. ¶ Et ſm predicta limita
illud ꝙ vult Bar. in. l. vſum aque. C. de aqueduc. li. xj. vbi per illā
l. not. ꝙ habens priuilegiū multum largum de aliquo faciendo,
ſi eo vtatur multum ſtricte, ſibi preiudicat. ¶ Limita ſecundo. vt
procedat in ſciēte: ſecus in ignorāte. per tex. not. in. l. is qui vſum/
fructum. ff. quib. mo. vſufr. amit. vbi Albe. Bal. ⁊ alij inducūt ad
plures not. qōnes/habetur in. l. vna eſt via. ff. de ſerui. ruſti. predi.
3 ¶ Item in materia teneas fixum cordi † quod ſi aliquis habet pri
uilegiuz exēptionis ꝙ non teneatᷓ ſoluere gabellas aut datia: vel
collectas ſi deſcribitur in libro debentiū ſoluere, ⁊ iſtud ſciat, ⁊ nō
appellet. j. x. dies, ſibi preiudicat, ⁊ perdit priuilegium exemptio/
nis. ita ꝓbat tex. in. l. j. §. ſi quis tutor in verbo cauſas immunita/
tis. ff. qñ app. ſit. ⁊ ibi no. Ang. ⁊ Imo. ⁊ Ang. de are. ⁊ dicūt ꝙ ibi

eſt de hoc caſus in terminis. q̃uis a multis ignoratᷓ. ſequitur do.
Alex. imo. cōſi. cj. qd inci. viſis inſtrumentis exēptionis. in. x. colū.
in. j. volu. ⁊ in conſi. cxxxvj. quod inci. in cauſa ⁊ lite vertente inter
Iaco. in. v. col. als. cclxxviij. lib. ij. idē tenet Andre. de barulo. in. l.
j. C. de his que ſpō. pub. mu. ſube. li. x. facit bene tex. in. l. j. in princ.
ff. de vaca. mu. ⁊ qd tenet Bald. in. l. hi qui ad ciuilia. in. j. qō. C. de
app. Sed in contrarium pondero facere ꝙ vult Bart. in. l. forma.
§. fi. ff. de cenſi. per. l. qui grauatos. C. eo. lib. xj. et qd vult Pa. in. c.
q: indicante. in. iij. q. de preſcri. ⁊ qd vult Spe. in tit. de cenſi. §. ij. in
4 ver. porro. ¶ † Item tene menti perpetuo/qd priuilegiū cōceſſuz
eccleſie ſeu pio loco, non perdit per contrauentione, niſi decurrat
ſpatium. xl. ann. dictumꝰ eſt ſingulare Innoce. in. c. accedentibus.
de priu. ꝙ dictum pro ſingu. exclamat ⁊ ſequitur Panor. in. c. pro
illorū. de preben. ¶ Quid autē ſit in alijs priuatis: ponunt Cy. et
Sali. in. l. voluntarie. C. de excuſ. tuto. Bart. ⁊ alij in. l. fi. ad fi. ff. de
conſtitu. principū ¶ Gl. in ṽbo perennia. diuiditᷓ in duas partes
princi. in prima declarat tex. in ſcda op. ⁊ ſoluit. ſcda ibi: ſecus au/
tem ſi ad faciendum. ¶ In fin. glo. habes ex glo. et text. quod re/
gulariter reſcripta ſunt perpetua, intellige tamen ſcdm naturam
actus ſuper quo conceduntur: vt hic in gloſ. eodem modo gratie
ſunt perpetue. c. ſi ſuper. de offic. delega. in. vj. reliqua dic vt late
dixi in text.

1 ☞ Originalia reſcripta non autem exempla probant.

1 SAncimus. † Originalia reſcripta nō autē
exēpla probant: ⁊ ipſa origina/
lia inſinuāda ſunt. h. d. ſm vtrāqꝫ lect. gl. ⁊ do. materiā
vidiſti in aut. ſi quis in aliquo. C. de eden.

1 ☞ Non valēt reſcripta ſine die ⁊ conſūle.
2 An in. l. vel ſtatutis requiratᷓ dies ⁊ conſul.
3 In inſtrumentis publicis an requiratur dies ⁊ conſul.
4 In priuata ſcriptura nō requiritᷓ dies nec cōſul, niſi in libris pri/
uatarū rationum.

1 SI qua beneficia. † Non valēt reſcri/
pta ſine die ⁊ cōſu/
le. h. d. Et q̃uis tex. loquatur de reſcriptis ꝑſonalibꝰ,
tamen idem eſt in realibus, ex identitate rationis: ſm
Pet. Cy. et Ioā. fab. hic. ¶ Limita niſi ſit clauſum in corpore iu
ris. ita loquitur tex. in. §. penul. in fin. in. j. conſti. C. de quo text. gl.
2 hic oppo. ¶ † Quid autem in. ll. ⁊ ſtatutis: an eis requiratur dies
et conſul. ponūt doc. ⁊ precipue Bald. in. §. fi. in. j. conſti. C. Bar. in
extrauag. q ſint rebelles. in verbo data. ⁊ Io. an. in data ſexti lib.
¶ Et an valeant litere pape ſi annus ⁊ dies expeditionis nō ſint
poſiti in plica bulle: prout ſolēt poni: ſed alibi tenet Lu. ro. ꝙ ſic.
in conſi. cccxl. incip. circa primuz arti. in quo queritᷓ vtrum litere.
3 ¶ † Quid autē in inſtrumētis publicis an in eis requiratᷓ dies et
4 conſul. dic vt per Cy. Bal. ⁊ Ioā. fab. hic. ¶ † In priuata autem
ſcriptura nō requiritᷓ dies nec ꝯſul. l. cū tabernā. §. penul. ⁊ ibi no.
Bar. in. j. no. ff. de pig. latius Bal. poſt Ia. bu. in. §. qbus. in. j. ꝯſti.
C. Spe. in ti. de procu. §. ratione aūt forme. ver. ſꝫ quid in priuato.
Ang. in aut. ꝙ ſine. C. de teſta. ¶ Fallit. in libro ꝑuatarū rationū,
ſm Bal. in rubri. C. de fi. inſtru. i. viij. co. ⁊ ſeq. dixi i. l. admonēdi. ff.
de iureiur.

1 SAcrilegij. † Negare principez nō poſſe: eſt q̃ſi
crimē ſacrilegij. h. d. dixi in. l. reſcri/
ta. s. de preci. impe. offe. Iaſon Pa.

1 SAcri affatus. † Reſcripta imperialia
debent ſcribi purpureo
colore ⁊ i mēbranis et ſubſcribi manu ꝑpria Impera
toris, alias non valent. hoc dicit. ſed nō ſeruatur de cō
ſuetudine.

1 ☞ Non valent reſcripta principum, niſi in eis apponatur clau
ſula, ſi preces veritate nitantur. alias puniuntur dictantes talia
reſcripta.
2 Pragmatica ſanctio non requiritur in cauſis priuatorum, ſed in
cauſis vniuerſitatum.

1 VNiuerſa. † Non valent reſcripta principuz
niſi in eis apponatᷓ clauſula, ſi pre
ces veritate nitantur. alias puniuntur dictantes talia
reſcripta ⁊ ſcribētes. Itē pragmatica ſanctio nō eſt ad
hibēda i cauſis ſingulariuz ꝑſonarū, ſꝫ vniuerſitatū. h. d. Diuiditᷓ
in quatuor. In. j. ponitᷓ vna no. regula/ꝙ nō valeat reſcriptū qua/
lecūqꝫ ſit niſi in eo apponatur illa clauſula. ſi preces veritate ni
tantur. vel ſimilis. In. ij. parte puniuntur dictatores ipſius re/
ſcripti, q non appoſuerūt illā clauſulā. In. iij. parte puniūtur ſcri/
be ſeu cancellarij. In. iiij. ⁊ vlti. parte declarat in quibꝰ cauſis req
ritur pragmatica ſeu ꝯſiſtorialis ſanctio ſecūda ibi: ⁊ viri ſpectabi
les. tertia ibi: ⁊ qui illicite dictata. q̃rta ⁊ vltima ibi: pragmaticas
preterea ſanctiōes. h. d. i ſum. ¶ No. qd nō valet reſcriptū pricipis
qualecūqꝫ ſit, niſi in eo expreſſe ſit appoſita clauſula ſi preces veri
tate nitātur: vel ſi ſupplicata vera ſunt, vel alia ſimilis: ſed de iure

cano.omissa subintelligitur.c.ij.de rescrip.alle.in gloss.quod etiaz procedit de iure ciuili fm Bar.in.l.a diuo pio.in prin.in.ij.col.ff. de re iudi. ¶ Limita vt per Bart.in.l.prescriptione.in.j.col.in fi. vbi dixi.s.ti.j. ¶ Secundo limita in cõtractibus,vel alijs actibus priuatorũ,in quibus non intelligitur ista clausula si narrata sunt vera.gl.est no.in.l.pe.in ver.precipimus.ꝛ ibi Bal.et Pau.de ca. C.de trans.Bal.in.l.j.in.j.op.in fi.C.de manu.vin.ꝛ Pau.de cast.
2 hic in fi.qui reputat istam glo.esse ad hoc singu. ¶ Ulti.not.qꝺ pragmatica.seu cõsistorialis sanctio nõ requiritur in causis priuatorum,sed in causis vniuersitatum:ꝛ sic vbi supplicatur pape vel imperatori in causis ciuitatum,non possunt ex se respondere,sed cum consilio procerum vel cenatorum seu cardinalium:ꝛ ita referunt Bal.ꝛ Moder.hic papam vrbanũ respondisse ambasiatoribus perusinis,qui venerant pro factis ciuitatis:quod erat negotium consistoriale explicandũ cum cardinalibus,ꝛ non poterat a solo papa expediri/ per hanc.l.et idẽ refert respondisse Karolum imperatorẽ in ciuitate lucana.Et sic cum laude dei est expeditus hic titu. Jason Padue.

a ¶ Ut omnes iudices[a] tã ciuiles ꝙ militares. Rub.

¶ Jsta Rubri.vt dicit Raph.Fulg.hic est summa nigri.Ideo sum.tex.vt in ea.

1 ¶ Que differentia sit inter proconsulẽ ꝛ presidem.
2 Si finito officio aliquis elegatur ad aliud officium,ꝛ habeat literas,per hoc non liberatur quin debeat stare per.l.dies ad syndicatum.
3 Officialis qui fugit syndicatũ qua pena sit puniendus.
4 Contra offi.qui fugit/probantur furta ꝛ robarie per solum iuramentum.
5 Si intra.l.dies intra quos officialis dꝫ stare in syndicatu,non sit finit⁹ syndicat⁹,poterit recedere si dimittat ꝓcuratorez i ciuilib⁹:secus in criminalibus.
6 Licet syndicator debeat ferre sententiam intra.xx.dies,si tñ non fecit.per hoc instãtia non perit:ꝙuis ipse puniatur pena decem librarum auri.
7 Potestas qui est in syndicatu ita debet honorari,sicut si esset in officio.
8 Si statutum dicat/qꝺ quicũꝗ offenderit potestatẽ puniat pena capitis/debet intelligi de eo q est in officio,ꝛ nõ de eo.cuius offi.est finitũ,lꝫ sit in ciuitate.
9 De leuibus nõ est potestas syndicandus.
10 Officialis non põt syndicari,nisi de his que gessit in officio,vel contẽplatione officij.
11 Officialis in syndicatu non tenet nisi de dolo:de culpa aũt etiam lata non tenetur.
12 Probationes contra officiales debent esse clare ꝛ euidẽtes:ideo sacramentum in defectum proba.in isto casu non potest nec debet deferri.
13 Si officialis ferat sñiam nullam,nõ põt in syndicatu per hoc syndicari,nisi illã excutioni mandasset.
14 Potestas nõ punit criminaliter ex robaria assessoris nisi sit particeps facinoris.

a ¶ Ut oẽs iudices.Adꝺ ꝙ rub.inci. vt est summariũ nigri fm Dio.de perusio qui ꝭ audiuit a bal.i voce vt refert barb. ĩ repe.rubr. de ñ.intru. in.ij.colum.



Nemo. Diuidit in.xj.partes.Jn prima circa officiales syndicãdos,ponit quãto tpe debeant stare in syndicatu. Jn.ij.ponit in quo loco debeãt syndicari.Jn.iij.ponit de modo loci.Jn.iiij.ponit de cautione quã dꝫ prestare syndicandus.Jn.v.tradit no.regula/ꝙ syndicandus j.l.dies nulla cã de mundo põt recedere,etiã si habuerit aliud officium:et si haberet literas licentie a principe non valeret. Jn.vj. imponit pena contrafacienti.Jn.vij.imponit eadẽ pena successori suo,qui nõ fecit istã.l.obseruari.Jn.viij.ponit vnũ dictuz.§.ꝙ officialis nõ põt deponere administrationez donec alius veniat,etiã si sit funct⁹ officio.Jn.ix.iponit alia pena officiali subterfugienti syndicatũ.Jn.x.decidit qñ syndicãd⁹ possit cõparere ꝑ pcuratorem,ꝛ qñ requirat ꝙ presentialiter ꝛ ꝑsonaliter cõpareat.Jn.xj.ꝛ vlti.decidit imperator.j.quantũ tps debeãt syndicatores expedire negotiũ,alias puniuntur.x.li.auri.scda ibi:sed per id tps presides.tertia ibi:spectabiles.quarta ibi:ita vt ab oi defensus iniuria. quinta ibi:nec vllã ante prefinitũ tps.sexta ibi:ꝙ si qs temeritate. septima ibi:sibi pena plectẽdo.octaua ibi:administrationẽ aũt deponere nõ volum⁹.nona ibi:ipse autẽ qui ꝑsentem.decima ibi:ꝙ si intra.l.vndecima ꝛ vlti.ibi:sciant aũt vniuersi.Et ista diui.suffi
1 cit ꝓ decla.litere.s.ꝑ sum. ¶ Et differẽtia est iter procõsulẽ ꝛ presidem.qꝛ proconsul dicebat ille qui eligebat a ciui.ro.ꝛ mittebat ad regendã prouinciã multũ remotã.Et preses eodẽ modo dicit ille q eligebat a ciui.ro.sꝫ mittebat ad regẽdã quãdã puin.nõ multũ distantẽ.ita declarat glo.in.l.j.ff.de offi.presi.de qua tñ differentia plenius dixi in rubri.ff.de offi.eius cui man.est iur. ¶ Et ciuitas

metropolitana dicit illa que habet archiepm tẽpore nostro:sed si dicas ꝙ erat ciuitas metropolitana tpe iuriscõsulti.qꝛ tũc nõ erãt archiepi.respõde vt decla.Bar.in.l.j.C.de metro.berito.vbi opt. decla.li.xj. ¶ No.j.ex isto tex.ibi vel codicilli alterius administra-
2 tionis hic esse tex.no.ꝛ expressũ ꝙ si finito officio aliqs eligatur ad aliud officiũ,ꝛ habeat literas,per hoc nõ liberatur quin debeat stare per.l.dies ad syndicatũ.tex.est hic expressus ꝛ ad literã:duz dicit ꝙ non põt cedere.ꝛ ita expresse no.istũ text.Bar.ꝛ Fulg.hic alij nõ legũt.ꝛ fm ꝭ habetis hic tex.ꝛ Bar.vult,lꝫ non dicat,qꝺ j.tẽpora syndicat⁹ põt syndicãdus ad aliud officiũ eligi:sꝫ nõ põt illud administrare.Cõtrariũ tꝫ ipse Bar.ꝙ nõ possit eligi syndicãd⁹.ꝛ si eligat nõ vꝫ i.l.rescript.§.obitores.ff.de mu.ꝛ ho.ꝛ istud dicit obseruare perusinos:circa hoc nõ insisto.qꝛ vos habetis tex. de iure aut.qui corrigit istũ text.§.pe.qui icipit si qs autẽ.in aut. de calũ.quem tex.alleg.etiã Raph.ful.hic. ¶ Scdo not.ibi lꝫ et maiestatis reus non immerito iudicet attamen.l.lib.auri ꝛc.hic esse tex.no.et nescio cõcor.vbi qs cõmittit crimẽ lese maiesta.ꝛ tñ punit nisi solũ pecuniaria pena.ꝛ sic §.l.qsqs.C.ad.l.iul.maiesta.
3 ¶ Tertio no.ex tex.ibi ipse autẽ q presentẽ fugiẽs ꝛc.qua pena puniat officialis q fugit syndicatum:qꝛ punitur in.l.lib.auri sꝫ de hoc habetis tex.no.in.l.cõsiliarios.j.de assessorib⁹ ꝛ domesti.ꝛ in l.lege cornelia.ꝛ ibi Bar.ff.ad sena.syl.vbi quãuis fuga regulariter facit idiciũ.tñ isto casu si officialis fugit fuga facit plenã ꝓbationẽ:ꝛ ille officialis habet pro cõuicto in oib⁹ his in quib⁹ erat inculpat⁹.Et dicit ibi Bar.in.d.l.cõsiliarios.qꝺ ille casus est ad hoc sing.i iure:sꝫ tu aduerte qꝛ Bar.nõ bene aduertit ad illũ tex. qui re vera nõ loquit quantũ ad ipsum officialẽ fugientẽ,sed loqtur de subtrahẽte faciente fugere ipsum offi.prout etiam loquit tex.in.l.iij.C.de exac.tri.li.x.ꝛ ita dicit ꝛ melius Sali.in.l.in bone fidei.in.x.col.C.de re.cre.ꝛ in.l.admonẽdi.ff.de iureiu.ꝛ ibi refert
4 ꝛ seqtur Lud.ro.in.xxv.col.in fi.no. ¶ ũij ꝙ cõtra officialez q aufugit ꝓbãtur furta ꝛ robarie ꝑ solũ iuramẽtũ ita sing.no.Ang.in §.oportet ꝑ glos.ibi in aut.vt iudices sine qquo suffra.cũ ꝑ fugaz sit redditus suspectus/vt possit ad torturam perueniri.vt ibi per
5 eum. ¶ Quarto not.ibi qꝺ si intra.xl.dies.hic esse tex.ꝙ si intra xl.dies intra quos officialis dꝫ stare in syndicatu,nõ sit finit⁹ syndicatus,tamẽ potest recedere si dimittat procuratorem in ciuilibus:secus in criminalibus:qa tũc semp debet adesse ꝑsonaliter.
6 ¶ Ultimo no.ex ver.si.fm Bar.ꝛ Fulg.ꝙ syndicator qui dꝫ ferre sñiam.j.xx.dies,si tñ non ferat ꝑ hoc instãtia non perijt:ꝙuis ipse puniat pena.x.lib.auri.et dicit Bart.ꝙ istud tẽpus nõ est de substãtia cause.videbitis in.l.ꝓperãdũ in prin.j.de iu.Ratio huius est:qꝛ est statutus terminus iudici:non autem instãtie cause. ¶ Extra gl.volo vos notare aliqua ꝓ practica in materia syndicatus tps enim syndicat⁹ vocatur tps digestiõis officij.fm Bal.in rub.extra de pcu.in.xj.col.in fi. ¶ Primo ꝓmitto ꝙ de ista materia multa scribuntur per Bal.ꝛ Ang.in.l.nec quicꝗ.§.proficisci.
7 ff.de offi.procõ. ¶ Et notate ꝙ potestas qui est in syndicatu,ita debet honorari,sicut si esset in officio.ita inquit Bal.in.d.§.proficisci.in.vij.q.prin.Alibi tñ not.idẽ Bal.in.l.tribunus.in prin.in
8 ij.not.per illum tex.ff.de re.mili. ¶ si statutum dicat,ꝙ quicꝗ offenderit potestatẽ puniat pena capitis:dꝫ intelligi de eo qui est
9 in officio nõ de eo cuius officiũ est finitũ,lꝫ sit in ciuitate. ¶ Secundo habetis nota:qꝺ de leuibus non est potestas vel officialis syndicãd⁹,etiã si in eis nõ seruauerit iura vel statuta.dicit Bal. in.l.Quis per illum text.ff.de condi.et demon.ꝛ reassumit Bald.
10 in eo.§.proficisci.in.xxxiij.q. ¶ Tertio habetis diligenter aduertere/qꝺ officialis non potest syndicari,nisi de his que gessit in officio vel contemplatione officij:de alio non potest syndicari:qꝛ quãtum ad illud non sortitur forum.Jstud est ꝙ sing.ad literam dicit Sali.in.l.ij.per illum tex.C.vbi de.ratioci.ꝛ propterea si officialis aliquid fecisset in patria,vel fecisset ante officium vel post finitum officium,non potest syndicari. ¶ Eodem modo pone qꝺ adulterasset mulierem,nunquid debeat syndicari certe dicẽdũ est qꝛ nõ.Eodẽ modo si haberet mutua pecunia nõ debet syndicari.fangit Bald.in.d.§.proficisci.in.y.ꝛ.iij.q.fin.ꝛ Salice.in.d.l.ij.
11 ¶ Quarto habetis notare qꝺ officialis in syndicatu non tenet nisi de dolo.de culpa autem etiam lata non.ꝛ in dubio presumit semper ignorantia,et non dolus.sunt verba Bal.in.d.§.ꝓficisci. in.xv.ꝛ etiam in.xxviij.q.imo fortius dicit sing.Ange.ibi ꝙ officialis nõ põt syndicari de negligẽtia ꝛ illud seruat de cõsuetudine:
12 saluo nisi esset tanta negligẽtia que caderet in dolum. ¶ Quinto habetis aduertere diligenter,ꝙ probationes contra officiales debent esse clare ꝛ euidentes:qꝛ multum presumitur pro eis.tex. est multũ no.in.l.si qs.C.de offi.ciui.iudi.ꝛ ita in specie dicit bal. in.d.§.proficisci.in.x.q.ꝛ ideo sacramẽtũ in supplemẽtũ probationis
13 in isto casu deferri non põt nec debet. ¶ Sexto not.qꝺ si officialis ferat sententiã nullã,per hoc in syndicatu non potest syndicari. saluo nisi mandasset executioni illã sententiã.ita Bart.in.d.fin.ff.de var.et extraordi.cognitio.et etiam sequitur Bald.in.d.§.proficisci.in.xxj.

sci.in.xxj.q. ¶ Ultimo adde qd potestas non punitur criminaliter ex robaria assessoris, nisi sit pticeps facinoris: sed si potestas ministerio assessoris facit robariam, vterqz tenetur. in lege communi tatis et lege iulia repetundaruz. ita tenet Bal. in. l. placet. in. fi. C. de excus. mu. lib. x. Iason Papie. Et ita est imposit⁹ fi. ad collec. iu. j. lib. C. Ja.

¶ De edendo. Rubrica.

1 ¶ Preparatoria sunt premittenda.
2 Exhibitio libelli et aliorum preparatoriorum fit ante iudicium inchoatum.
3 Faciens in libello mentionē de instrumento, vel libro rationū, tenetur illud edere ante litē contestatam.
4 Editio libelli nō est preparatoria iudicij, cum iudicium incipit a citatione: et que sint preparatoria iudicij.
5 Nulla citatio pōt fieri absqz speciali cōmissione iudicis.
6 Appellatione instrumentorū que veniunt.
7 Nomen verbale hz actiuam et passiuā significationem.
8 Si quis in accusatione dicat q̄ titius fecit insultum vulnerando, non intelligitur accusare de vulnere, sed de insultu: vnde iudex non potest condemnare nisi de dolo insultus, quamuis vtrūqz probatum sit.
9 In libellis in ciuilibus et criminalibus an sit fienda interpretatio pro actore.

¶ Capio gl. Rub. de edē. Quam diuide in quatuor partes. In. j. continuat Rubricam ad precedentes. In. ij. per viā notabilis declarat de quotuplici specie editionis tractet iste titu. In. iij. ponit etymologiā istius termini de edendo. In. iiij. format duas q̄ones, et se remittit. Secūda est ibi: et no. qd tripliciter. Tertia ibi: et dic de edēdo. Quarta ibi: et dic vt dixim⁹. Redeo ad primā ptez. Et pōt plenius cōtinuare q̄ gloss. ā. in li. precedenti, imperator tractauit de rebus diuinis. vt in tit. de sum. tri. et tit. de sacrosan. eccl. Item tractauit de ministris earū, in ti. de epis. et cle. et in ti. de epis. aud. et sequētibus. Item tractauit de oibus magistribus secularibus a ti. de offi. prefec. preto. afri. vsqz ad fi. j. li. Nunc in hoc libro tractaturus de iudicijs vt habes in gl. premittit de eden. qd est prepa
1 ratorium iudiciorum. Cum ista continuatione tenent oēs: † quia preparatoria premitti debent. l. j. ff. de ori. iur. l. ordinarij. C. de rei ven. ¶ Cōtra gl. et doc. obst. tres difficultates. ¶ Prima est, actio ad exhibēdū est preparatoria rei vendi. gl. in. l. ad rē mobilez. ff. de procu. et. l. j. et ibi Bar. et Bal. no. C. ad exhi. Et tū in. C. et. ff. ponitur prius tit. de rei ven. quam titu. ad exhi. Nisi dixeris q̄ iste non sit ordo necessarius: sed ad bene esse. iuxta doct. Bart. et aliorū in. l. ij. §. prius. ad fi. de vulga. et pup. l. nec em̄. ff. de sol. precipue q: non est de necessitate q̄ actio ad exhibendum prius intentetur quam rei vendi. cū ipsa rei vēdi. de per se possit intentari. l. vnica. C. de alie.
2 iudi. c. examinata. de iudi. sed bene necessitatis est, † quod exhibitio libelli et aliorū preparatoriorū fiat ante iudicium inchoatū. l. edita. j. eo. ¶ Secunda difficultas est: q: sola editio actionum et sic libelli bene est preparatoria iudicij, sz nō alie species editionū, que nō sunt preparatorie sed instructorie cause: et sic fiunt post lit. contest. l. j. ff. de fide instr. c. peruenit. prio. de testi. cog. l. fi. ibi qbus se instruere posse contendit. j. eo. Fran. tig. Bald. Fulg. Pau. de cast. et do. Alex. hic fatetur q̄ sola editio actionis sit preparatoria iudicij alie nō. Sed caue q: hoc modo cōfunderetur continuatio glo. attento q̄ de editione libelli loquitur solum. l. edita. j. e. Ideo
3 dic q̄ oīs editio pōt potentia esse preparatoria: † q: faciens mentionem in libello de instrumēto vel libro rationum, tenetur illud edere ante lit. ɔte. fm Inno. et alios. in. c. j. de pba. Bar. in. l. post q̄. §. si dies. ff. vt leg. no. caue. et in. l. edita. in. j. co. j. eo. Hinc est q̄ cessionarius faciens in libello mentionem de cessione, dz ante lit. cōte. edere instrumentum cessionis: fm Bal. in. l. qui stipendia. ad. fi. C. de pcu. ¶ Tertia difficultas est q: editio libelli nō est preparato-
4 ria iudicij, † cum iudicium incipit a citatione. §. fin. instit. de pe. te. litig. modo Spe. in ti. de prepa. iudicio. appellat illa esse preparatoria, que precedunt primam citationem. vt est cōducere aduocatos, pcuratores et similia. Unde Frā. tig. vt saluaret hāc glos. dicit q̄ in pma citatiōe debeat copia libelli mitti, et hoc modo esset preparatoriū: sed eius assumptū est falsum. vt late p. d. Alex. hic q sal
5 uat gl. † Alio secundo modo nulla citatio pōt fieri absqz speciali commissione iudicis. l. fi. et ibi Bar. no. C. de execu. rei iudi. cum si. Et est ratio: q: in qualibet citatione dz apponi terminus est cōparendum: sed assignatio termini spectat ad iudicē solū. ita declarat Bal. in. c. qm̄ contra falsam. de proba. in. xiij. co. Sed bonus iudex non debet committere citationem primum nisi prius videat petitionem actoris: an sit honesta et iusta, put dicit Odof. in. l. cuz clericis. et ibi Bal. reputat not. dig. C. de epis. et cle. et hoc modo, respectu iudicis editio libelli erit preparatoriū primū, ante citationez. Sed istud non est ex necessitate, sed ad bū esse. Unde tertio modo respondet do. Anto. de alex. hic q̄ nedum prima citatio: sz etiam obligatio libelli est de preparatorijs iudiciorum. et est glo. sing. §. fin. in verbo ex proemijs. in aut. in med. lit. non fie. sac. for. quā pro singulari ad hoc not. Ange. in. l. j. C. de prescrip. lon. temp. et i. l. j. C. de iudi. Sequitur Bal. in aut. clericus. in vlti. colum. C. de epis. et cle. et in. l. vnica. §. similiqz modo. el. ij. C. de lati. liber. tol. ¶ Hinc est q̄ stipulatio de iudicio sisti est etiam preparatoria iudiciorum fm Bar. in. l. si insulam. in. viij. opp. prime partis. ff. de verb. obli. Et quod libelli oblatio sit preparatoriū intrandi iudicium. dicit Bal. in rub. C. de in ius vocan. Sed equiuocat. Nam bene verum est qd ista sunt preparatoria: sed primum preparatorium est citatio. Ideo ab ea nō erat inchoādum, prout in. ff. ponit tit. de in ius vocan. ante ti. de eden. Unde dic quarto q̄ idem debuisset hic fieri si esset titu. de citatione generali, prout est in. ff. nam ti. j. sequēs vt ibi declarat Bar. super rub. specialiter tractat de citatione facta ad instantiam filij vel liberti, que concedi non debet nisi necessario videatur tenore libelli. vt ibi declarat Barto. ¶ In secūda parte glos. videt defectiua, q: etiam est quarta species. s. editionis actorum de qua proprie loquit. l. ij. j. eo. et Fulg. et do. Alex. saluāt glo. q̄ dū alle. illam. l. scdam, voluit appellatione instrumentorū
6 acta contineri. Idem glo. et ibi Ful. in. rub. ff. e. † Et q̄ appellatione instrumentorū veniāt acta probat. l. j. ff. de fide instr. c. peruenit. de testi. spo. not. Bart. in. l. in fraudem. §. neqz. ff. de iur. fis. et in. l. j. §. editiones. post glo. ff. e. Sed caue q: rationes eodem modo veniūt appellatione instrumētorū iuribus prealle. ergo de his glos. debuisset etiā non facere mētionē. ¶ In vlt. parte gl. quare rubrica sic est posita per gerūdiū de edēdo. et nō per nomē v̄bale de editione. Glo. in rub. ff. e. dicit q: necessitatē importat, ad denotādū qd reus necessitat edere. sequitur Odof. hic Ioā. fab. insti. de act. in prin. Bal. et Ang. in rub. de lib. et posth. facit rub. C. de iura. ca. et in rub. de ven. inspi. et in rub. de lib. ho. exhi. Alij omnes reprobant gl. per tit. de in ius voc. iūcta rub. vt nemo inuit⁹. et per rub. de postu. iuncta. l. quisquis. C. de postu. Sed potes saluare glo. fm Bald. et Sali. hic: et ante eum Ray. de forli. hic, vt refert Nic. de neapo. insti. de act. super rub. tenet Bal. in addi. Specu. in tit. de
7 confes. in. ij. colum. in fi. † Quod gerundiū ex parte actoris, et sic in significatione actiua nō importat necessitatem: nemo em̄ cogitur agere. Sed in significatione passiua, ex parte rei qui cogitur venire ad iudicium, cogitur edere: vnde necessitatem importat. domi. Alex. reprobat hanc sol. q: nomen verbale etiam habet actiuam et passiuā significationē. §. in extraneis. in verb. testamēti factio. isti. de hr̄. q̄. et dif. sz equocat, q: nomē v̄bale etiā in passiua significatiōe nō importat necessitatē. d. l. quisqs. ¶ Aliā rōnē assignat Cy. Bart. et alij hic. pro qua facit glo. instit. de act. in. ru. q̄ dicit qd gerūdia sunt facti, hoc est denotāt actū put est in fact. ¶ Huic rationi obst. rub. C. de execu. rei iudi. que est posita per nomē verbale. tū ibi tractat: prout est in actu. preterea. l. ij. l. edita. et. l. nō est nouū. tractāt de effectu editiōis. Unde forte nō est magna vis: pater ex tit. C. de satis. q ponitur per gerundium, et in isti. de satis. ponitur per nomen. Intellige suprascripta oīa, quando gerundium ponitur de per se, nullam determinationem facit: fm Iaco. but. et Sali. in. l. j. C. de his qui latro. occul. Ubi per hoc mirabiliter infe
8 runt † q̄ si aliquis in accusatione dicat q̄ titius fecit insultuz vulnerādo, non intelligitur accusare de vulnere, sed de insultu: vnde iudex non pōt condemnare nisi de dolo insultus, quāuis vtrūqz probatū sit. sequit Bal. in. l. id qd pauperibus. in. j. q. C. de episco. et cleri. vbi limitat ex predicta do. Iac. bu. et idē Bal. in adi. Spec. in ti. de cōfes. in. ij. co. facit bene qd voluit Bar. et Ang. in. l. si tu ex parte. in fi. p gl. ibi. ff. de acq here. Bal. i. l. falsus. C. de fur. in. lij. co. ¶ Teneo contrarium per tria. ¶ Primo q: in specie cōtrarium tenet Io. an. in addi. Spe. in ti. de lib. concep. §. nunc. videndum. circa principium. vbi querit an in ciuili vel criminali causa procedat libellus p gerundiū, quasi gerūdiū per se nihil ponat. arguit ad partes finaliter cōcludit q̄ sic: vnde infert q̄ si accuso q̄ titius insultauit caiū proijciēdo in eū. ita procedit libellus sup vtroqz. et gerundium resoluitur in verbū ac si diceret insultauit et proiecit: per tex. in. l. quisquis. C. de dona. facit bene. c. j. §. j. de offi. cust. et qd gerūdium resoluatur in verbū, est gl. in aut. de non elig. se. nubē. super rubri. ¶ Secundo moueor ex decisione Bart. in. l. preses. ff. de pe. quādo accuso qd proiecisti in terram inferendo violētiam,
9 vt ibi per eum. ¶ † Tertio q: in libellis debet fieri interpretatio pro actore fm eius intentionem. l. si quis intentione ambigua. ff. de iudi. gl. in. c. cū ad sedē. in gl. ij. de resti. spo. et in. c. ex literis. ij. in vlti glo. de sponsa. Et si dicis verum esse in ciuilibus: secus in criminalibus: prout expresse tz Lud. ro. in. l. diuortio. in prin. ff. solu. mat. Cum in criminalibus libellus sit stricte interpretandus, fm Bald. in. l. j. ad fi. C. de verb. sig. Quia dico q̄ imo etiam in criminalibus cum procedat ad similitudinem ciuilium. l. absentem. in princi. ff. de pe. fit interpretatio pro accusatore. ita singula. Bart. in. l. libellorum. in prin. in. vlti. col. ff. de accu. sequitur do. Alexan.

in.d.l.diuortio.in prin.in vlt.columna.

1 ¶ Reus nõ tenetur regulariter edere actori, nisi ex causa cuius indagatio spectat ad iudicem.

2 Depositum põt probari non solũ per instrumẽtum publicum: sed etiã per testes, ꝛ per oẽm aliam speciẽ probationis.

3 Liber rationum ꝙuis non probet pro scribente: bene tamen pro bat contra eum.

4 Etiam in cõtractu depositi, reus nõ tenet edere actori librũ ratio num ad fundandaz intẽtionem actoris, licet depositum fit valde priuilegiatũ: que priuilegia vide.j.

5 Reus ex causa põt cogi ad edendum.

6 Editio petitur officio iudicis.

7 Dos ꝛ fiscus equiparantur.

8 In causis criminalibus fiscus nõ habet priuilegiũ editionis.

9 Usurarius an ꝛ qñ teneat edere librum rationũ, ꝛ an, ꝛ qñ desijt exercere vsuras, ꝛ quid de eius herede.

10 Constitutio synodalis, disponẽs qȝ oĩa instrumenta celebrata cũ vsurario cẽseant fictitia ꝛ simulata, hȝ locũ in eo qui desijt vsuras exercere, ad instrumenta prius facta.

11 Stante statuto ꝙ notarius nõ possit creari decurio, si fecit se can cellari de matricula notariorũ, an poterit creari.

12 Ars publicanorũ non est prohibita.

13 Usurarius qui desijt vsuras exercere, ꝛ restituit vsuras, nõ cõpre hendit sub iuribus loquẽtibus de vsurarijs: ideo poterit testari, ꝛ esse testis.

14 An in casib⁹ in quibus ꝓcedit simpliciter ꝛ de plano, poterit actor petere a reo qȝ sibi instrumẽta edat, vel librum rationũ.

15 Mercatores an teneant edere codicem rationum.



Ipse dispice. Premitte aliqua pro intellectu litere. Et primo ꝙ text. in ver. quẽadmodũ. legitur in gl. ij. duob. mod. vno modo qȝ determinet verbũ debe ri, ꝛ sic respiciat causas debendi. hoc est ex qua cã debeat. Et iste intellect⁹ nõ est bonus: qꝛ tex. spe cifice declarat cam. s. ex causa depositi. ¶ Scdo modo legit ꝙ de terminet verbum ꝓbes: ꝛ sic respiciat species probationũ. Et ista est vera lec. ꝛ hãc tene. ¶ Secundo premitto ꝙ tex. in verbo ratio nes. legit in glo. altero de duob. mod. vno modo de rationib⁹ pro prie. Hoc est de libro rationũ, ꝛ iste est verus, ꝛ hunc tene. Qui ti more contrarij variatur quatuor modis/ vt.j. dicet in gl. ¶ Scdo modo intelligitur verbũ rationes pro instrumẽtis. Et dicit Bar. qȝ vtraqȝ lect. est bona. Sȝ do. Alex. ꝛ do. ant. de alex. dicunt, ꝙ iste intellectus in se est verus, sed qȝ violat literã/ exponẽdo rõnes pro instrumẽtis. Nisi tu vltra eos salues fm Sali. in.j. colũ. in fi. ex cõi vsu loquẽdi, quo vulgares hoĩes appellãt instrumẽta rationes suas: vnde dicũt iste sunt rationes mee, hec sunt mea iura. ¶ Ult. premitte: ꝙ tex. in verbo ad iudicis officiũ. intelligit fm glo. Bar. ꝛ doc. cõiter/ vt velit editionẽ peti officio iudicis, non autem iure actionis. Et ꝑpter hoc gl. ꝛ doc. multũ laborãt in hoc passu. Sed vere tex. iste hoc non vult dicere. Sed cũ dixerit reũ non cogi exhi bere ratiões nisi ex aliqua causa specialiter, subiunxit ꝙ ad offi cium iudicis bene spectet inuestigare an subsit cã: non aũt ꝙ eius officio fiat editio. ¶ His premissis. hanc. l. diuide in duas partes princip. In.j. ponitur qȝ facti, cui imperator non rñdet, cuz super facto nõ sit interrogandus. l. eũ quẽ temere. §.j. ff. de iudi. qꝛ ea que sunt facti etiã prudẽtissimos fallũt. l. ij. ff. de iur. ꝛ fac. igno. c.j. de cõ sti. in. vj. In. ij. ponitur qȝ iuris, cui imperator bñ rñdet. Secũda ibi: nam ꝙ desyderas. †

1 Reus nõ tenetur regulariter edere actori, nisi ex cã, cuius indagatio spectat ad iudicẽ. h.d. ¶ No.j. ex tex. ibi

2 quẽadmodũ. fm verum intellectũ † quod depositum [a] põt ꝓbari non solũ per instrm pub. sed etiã per testes, ꝛ per oẽm aliã speciem probationis. Hinc dubitauit gl. an valeat pactũ ꝙ depositũ non possit probari nisi per instrm publi. gl. est in. §. qꝛ vero. in aut. vt si prohi. mat. cred. ponũt doc. in aut. iubemus. C. de iud. cano. in. c. ij. de proba. Alibi tñ tex. dat cõsiliũ qñ quis vult caute deponere. in §. si quis igitur vult caute deponere. in aut. de instru. cau. et fi. ꝛ in aut. si qs vult caute deponere. C. q potio. in pig. hab. ¶ No. secũdo

3 in ver. nam qȝ desyderas. C. qui hic ꝓbari: † ꝙ liber rationũ ꝙuis nõ probet pro scribẽte: tñ bene probet ꝯ eũ: als frustra hic peteret editio. quã materiã Bal. ꝛ plenius Sali. hic ingrediũtur. Sed qꝛ tetigi plene in. l. admonendi. ff. de iureiur. ibi me remitto. ꝛ ibidẽ tetigi de dicto sin. Guil. de cu. approbato p Bal. Sali. ꝛ. d. Alex. hic an liber rationũ cõtinens verisimilia in perua quãtitate/ ꝓbet

4 etiam in fauorẽ scribentis. ¶ Not. tertio sing. ex hoc tex. † ꝙ etiaz in contractũ depositi reus nõ tenetur edere actori librũ rationum ad fundãdum intentionem actoris. Et hoc modo per istũ tex. sin. ampliat dicta regula, ꝙuis depositũ sit ꝯtus magis priuilegiat⁹ quã aliquis ꝯtus vltra dotẽ. ¶ Hinc est ꝙ instrumentũ depos. ti habet de iure cõi executionez paratã, tex. est in. l. pe. in ver. illico. in verbo quã celerrime. ꝛ in verbo quam citius. ꝛ ibi Bart. ꝛ Ange.

[a] ¶ Qȝ deposituz. Adde Bal. l. gñaliter. C. de nõ nu. pec. do. i c. ij. de depo. Pau. de ca. ꝯsi. ccxij. ici. passus i quo queritur

ad hoc not. C. deposi. d. Alex. in. l. ait pretor. §. j. ff. de re iudi. ꝙuis contrariũ teneãt Bal. ꝛ Sali. in. d. l. pe. Item ꝯ deposi. non potest opponi exceptio nõ nu. pe. l. in ꝯtibus. §. sed qm. C. de nõ nu. pec. Item contra depositũ non põt oppo. cõpensatio de debito liqui do, tex. est sing. in. d. l. pe. cum gl. C. depo. declarat Bar. in. l. si alie nã. ff. solu. mat. ꝛ ista sunt que faciebant dubitationem in hoc tex. Amplia istũ tex. vt ꝓcedat etiam si aliũde nõ posset actor proba re depositũ, quã per librũ rationis aduersarij: qꝛ lȝ editio fundet super equitate. l. plane. ꝛ. l. fi. ff. de peti. here. ꝛ. l. iustũ. ꝛ. l. fi. in verb. equitatis rationibus. j. eo. ꝛ equũ sit veritatẽ inquirere. c. iudican tem. xxx. q. v. tñ sola ratio inquirende veritatis, nõ est sufficiens cã per quam reus cogat edere/ fm. d. Anto. ꝛ reliquos in. c. j. de ꝓba. cũ spãle sit qñ instrumẽta perdita sunt casu fortuito, ita ꝙ veritas aliũde inquiri non põt/ fm Spe. in ti. de instru. edi. §. videndum. ver. ex premis. cano. in. d. c. j. Et imputet sibi deponens qȝ tẽpore depositi nõ adhibuit testes vel instrumẽta. vt dixi in. j. no. et sic ge neraliter ꝓcederet regula. l. q accusare. ꝛ. l. fi. in fi. j. e. ꝛ i. l. nimis gra

5 ue. C. de test. ¶ No. quarto ibi ex cã. † qȝ reus ex causa põt cogi ad edendũ: ꝛ iungendo. d. gl. ꝛ do. ex quinqȝ causis põt cogi. Ratiõe officij publicatione successionis: qꝛ successisset gerẽti officium pu blicatione cõtractus, ratione delicti. Item ratione cõsuetudinis quas causas. j. videbitis. Adde quod generalius intelligunt istũ tex. do. Alex. ꝛ do. Ant. de alex. in. l. fi. in. xvj. fal. j. eo. Quod iudex ex officio põt ex aliqua causa cogere reũ, ꝙ edat instrumẽtum, vel librum rationũ actori. alle. do. de rota in ꝯclusione. ccviij. dicet in

6 d. l. fi. ¶ † No. vlt. ex tex. ibi ad iudicis officiũ. hic videri text. ꝙ edi tio actionis petitur officio iudicis. sic intelligunt gl. Bart. ꝛ doc. qui propterea in hoc laborãt. sed vt ista cessent/ põt intelligi text. qȝ ad officiuz iudicis pertinet inuestigare causas: an iuste sint ad cogendũ edere reũ. ¶ Capio glo. in verb. id ex causa. Quã diuide in quatuor partes principa. In.j. declarat text. ponendo que sint iuste cause quibus reus possit cogi. In. ij. per viã qõnis opponit cõtra tex. ꝛ rñdet ponendo primũ intellectũ ad text. In. iij. oppo nit cõtra tex. ꝛ ista oppositio tendit ad vtrũqȝ intellectũ. In. iiij. ꝛ vlti. gl. ponit secũdum intellectuz. Secũda ibi: sed qũo. tertia ibi: itẽ qũo. Quarta ibi: alij qui intelligunt. Ex tota gl. habes duos in tellectus. Prim⁹ est ꝙ tex. loquat in rationibus proprie, sic in lib. rationuz: et intelligit de libro publico, quẽ re⁹ tenet exhibere: ꝛ qꝛ tex. hic loquitur de muliere/ gl. intelligit ꝙ ista mulier successerat argentario. Tu potes intelligere ꝙ mulier exerceret argentariã, non per se ipsam sed mediãte seruo suo. l. pretor. §. sed ꝛ si seruus. ff. eo. ¶ Doc. intelligunt tex. in libro priuato rationum. Et dicũt qȝ ex tribus casibus potest re⁹ cogi ad edẽdum actori. ¶ Prim⁹ est priuilegio ꝑsone. s. fisci. l. iij. ff. eo. ¶ Adde ꝙ isto modo intelli git istam. l. glo. in cle. j. §. ceterũ. de vsur. in verbo. rationum. Et qȝ

7 dicit in fisco videt extendendum ad dotem, † cũ dos ꝛ fiscus equi parentur. l. ij. C. de priui. dot. ita tenet Ioã. an. in addi. Spe. in tit. de instru. edi. §. vidẽdum. ver. ex premissis. d. Ant. in. c. j. de proba. Pau. de ca. ꝛ Lud. ro. in. l. j. ff. sol. mat. ꝛ ibi do. Alex. in. xxij. colũ. ꝛ in. l. fi. in. xiij. fal. j. eo. ¶ Contrarium in hoc vlt. põt de facili tene ri/ prout tenet Bal. in. l. j. §. editiones. in. iiij. col. ff. eo. do. Fran. de are. in. c. j. in. xiiij. col. de proba. Quia dos ꝛ fiscus nõ semper equi parãtur. vt no. in. l. j. ff. de priuile. do. Item qꝛ dos nõ est pia causa nisi a pietate processerit: vt declarat Bar. in. l. cum is. §. si mulier. et ibi dixi. ff. de condi. inde. Unde nõ est recedendum a regula su pradicta: ex quo non reperitur mutatũ. Dicit tamẽ alibi singula riter Bal. in. d. c. j. de proba. in. iij. col. ꝙ illud qȝ dictuz est in fisco. habet etiam locũ in ecclesia, cũ habeat priuilegiũ. l. fi. C. de sacro san. eccle. qȝ bene not. ꝙuis fiscus ꝛ ecclesia non semper equiparẽ tur/ vt habet in. d. a. fi. ꝛ aut. qs actiões. C. de sacrosan. eccle. ¶ Li mita qȝ dictũ est de fisco, vt ꝓcedat in causis ciuilib⁹: secus qñ est causa criminalis: quod est quotiescũqȝ pena, pecuniaria venit ap plicanda fisco/ iuxta. l. et doct. in. l. agraria. ff. de termi. mo. late ca no. in. c. j. de iudi. Eo quia in causis criminalibus nõ reperitur in fisco hoc esse immutatum, et nunꝙ habemus dicere aliquid esse speciale in fisco, nisi. l. expresse dicat/ glo. in. l. j. C. de peti. here. et in

8 l. itẽ veniũt. §. i ꝓuatorum. ff. eo. de peti. here. † et qȝ in causis crimi nalibus fiscus non habeat ꝓuilegium hui⁹ editionis, tenet glo. in l. ij. §. itẽ diui. in glo. magna in verbo agatur. ꝛ ibi Ange. ff. de iure fis. Panor. in. c. j. de proba. do. Alexã. in consi. lxxxij. in. ij. volu. qȝ incip. visa facti narratione. in vlti. colum. Tu autem cõsydera qȝ tex. in. d. §. item diui. in verbo nũmaria querat nõ si de capitali ꝛc. vbi clare Barto. non voluit esse differentiam in fisco. in hoc, inter causas ciuiles et criminales: sed bene inter causas pecuniarias ꝛ capitales vnde in omni causa pecuniaria, dũmodo nõ sit capita lis, fiscus habet priuilegium. ꝛ sic siue sit causa ciuilis vel crimina lis, dummodo non sit capitalis. Preterea diligentius consydera vis iui text. ¶ Secundus casus in quo põt exemplificari textus iste ponitur per Barto. quando mulier fuisset vsuraria. Nam ra tione delicti põt cogi ad edẽdum per cle. j. §. ceterum. de vsur. do

Anto. Imo

Anto.Imo.ꝛ do.Ant.de alex.reprobant istud exẽplum ad hunc
text.quia imperator qui condidit hanc.l.nõ potuit diuinare.de
cle.j.q̃ fuit condita post centuʒ annos.l.iubemus.C.de testa.Tu
salua:nã iste tex.ponit vnũ dictũ in genere.s.ꝙ reus ex causa põt
13 cogi edere.¶Et istud exẽplum põt exẽplificari in quolibet casu,
a vnde cũ ista.l.loquat̃:ꝛ sẽp sit in viridi obseruantia.l.arriani.C.
de here.poterit.ergo exẽplificari nũc in casu.d.cle.j.quãuis impe
rator de ea nõ cogitauerit.¶Ex alio fundamento fortissimo re
prehẽdo istud exemplũ Bar.ad hũc tex.q꞉ ꝓpter hoc solũ ꝙ quis
sit vsurarius,nõ cogit̃ edere:sed qñ qõ est de vsuris, vel de aliqua
vsuraria prauitate.Ita est text.clarus in.d.c.j.§.ceteruʒ.in verbo
cum de vsuris agit̃.ꝛ ibi expresse Pet.de anc.ꝛ Car.in.iiij.not.ad
hoc no.ꝛ ꝑ hoc expresse dicũt ꝙ si contẽdat̃ cũ vsurario de aliquo
contractu q̃uis cauteloso si non obijcit̃ de vsuraria prauitate nõ hʒ
locũ.d.cle.j.Sed sic est ꝙ ista.l.dato ꝙ ista mulier esset vsuraria nõ
haberet locũ.d.cle.j.q꞉ hic de vsuris nulla erat qõ:sed tm̃ de sorte
principali.s.de pecunia deposita.ꝛ põdera ꝙ tex.in.d.cle.j.§.cete
ruʒ dicit ꝙ de vsuris aget̃.ꝛ sic illa dictio cũ,facit cõditionẽ,si agit̃
de vsuris,ergo si nõ agit̃ de vsuris,cesset dispositio.d.cle.j.Et istud
9 mihi multũ stringit,q̃uis alij non aduertant.¶†Extende dispo
sitionem.d.cle.j.sex not.modis.¶Primo vt habeat locum etiam
in iudeis exercẽtibus vsuras.Ita tenet ibi gl.in verbo censura.et
ibidẽ alij cano.¶Et ex hoc ponderat ibi Panor.q꞉ hec materia
est ꝓportionabilis tã iudeis q̃ christianis,lʒ non fiat mentio de
iudeis,tñ etiã in eis locũ hʒ,idem tʒ do.Fran.de are.in ꝯsil.clviij.
qd̕ incip.copiose subtiliter et eleganter in.iiij.co.¶Facit qd̕ dicit
Bal.ꝑ illã cle.in.l.j.§.rationes.ad fi.ff.eo.Quod si famulus schola
ris portauerit librum,vel eius vestes ad iudeuʒ,põt cogi iudeus
edere librũ rationũ.¶Facit etiã illud ꝙ refert fuisse elegãter cõ
sultum in ciuitate bononie Lau.de ridolphis de florẽ.in commẽ
to consuluit.de vsu.in.q.cxlvj.quod dispositio capituli quia fru
stra.de vsu.habeat locũ etiã in iudeis.¶Consuluit tñ.d.Fran.de
are.in cons.clviij.ꝙ incip.copiose et subtiliter.s.proxi.alle.ꝛ dicit
qd̕ est noua decisio:ꝙ dispositio capituli q̃q̃,de vsu.in.vj.irritãs
testamentum vsurarij manifesti non prestita satisdatione,non hʒ
locum in iudeis exercẽtibus vsuras.¶Secundo extende.d.cle.j.
vt habeat locũ nõ solũ in vere vsurarijs:sed etiam in his q carius
vendunt merces sub credẽtia,quã faciũt si pecunia esset in presen
ti.ꝛ sic vendũt tp̃s.Nã in effectu sunt vsurarij iuxta.c.nauiganti.
in fi.de vsu.gl.expressa.l.c.ciuitate.in verbo,venditores.in eo.tit.si
tamen publice cũ oĩbus exercent:iura loquẽtia in vsurarijs mani
festis,habent in eis locũ.vt est tex.in.d.c.q̃q̃.ꝛ in.d.cle.j.Ita con
suluit do.Panor.ꝛ reputat nouã deci.in cõsi.xxij.qd̕ inci.q̃q̃ cõ
in.j.col.de emp.ꝛ ven.¶Tertio extende/ꝙ vsurarius nõ solũ te
sultuʒ in.j.vo.ꝛ idem tenet referens se sic cõsuluisse in.c.ad nostrã.
netur edere librũ rationũ,sed omnẽ scripturã ꝛ oẽm schedulã:vt
colligit̃ ex gl.d.cle.j.§.ceterum.in ṽbo cõpellẽdos/expresse.Ang.
in.l.si qs ex argentarijs.§.rationẽ.ff.eo.ꝛ do.Alex.hic.¶Quarto
extẽde etiã ad heredẽ vsurarij,ad cuius manus codices peruenis
sent.vt est ibi gl.in verbo ipsos.ꝛ ibi cano.ꝛ presertim Panor.ad
hoc no.idẽ tʒ Bal.ꝛ Ang.hic:ꝛ Bal.in.l.fi.C.de fide instru.ꝛ in.l.
alios.C.de in lit.iurã.¶Quinto no.extende/ vt locũ habeat etiaʒ
in vsurario q desijt vsuras excercere/ꝑ tex.no.in.l.pretor.§.is etiã.
ꝛ ibi Barto.Ang.ꝛ Moder.ad hoc not.ff.eo.Barto.in.l.quis sit
fugitiuus.per illum tex.ff.de edil.edic.Ange.in qõne astensis mi
les.in.xvij.col.Io.de ana.in.c.q꞉ in oĩbus.in.xij.q.de vsu.Confir
mo per tria.Primo per illud qd̕ proxime dixi,de herede vsurarij,
10 qui tenet̃ edere,q̃uis ipse non exerceat vsuras.Scd̕o facit† quod
decidit Bar.in.l.palã.§.nõ solũ.per illũ text.ff.de ritu nup.Quod
constitutio synodalis,disponens ꝙ oĩa instrumenta celebrata cũ
vsurario.cẽsentur fictitia et simulata,habeat locũ in eo qui desijt
vsuras exercere.s.ad instrumẽta prius facta.licet Bar.Dicit se nõ
firmare:q꞉ pendebat de facto:sed doc.firmant in locis prealleg.
Tertio facit ꝙ decidit.Bar.in.l.ij.per illũ tex.C.de primice.li.xij.
11 qd̕ stãte statuto ꝙ notarius nõ possit creari decurio.†etiam qui
fecit se cancellari de matricula notariorũ non per hoc posset crea
ri decurio.¶Dictã cle.j.extẽdit sing.Bal.in.l.dissolute.ad fi.C.
de cõdi.ex.l.vt habeat locum etiam in publicanis seu datiarijs:ꝛ
nauta caupone ꝛ stabulario,propter eorũ improbitatẽ.Sequitur
do.Alex.per tex.in.l.j.§.j.ff.nau.caupo.stabu.iũcta.l.quãte.ff.de
publica.Lud.ro.in.d.l.quãte.facit mẽtionẽ de dicto Baldi,ꝛ ali
ter non firmat.Puto ꝙ sit falsum/per duo.Primo per illud qd̕
dicit hic Bar.qd̕.d.cle.j.habet locum propter delictũ,qd̕ est vsu
12 ras exercere:†sed publicani ꝛ similes per solum officium non de
linquunt,quia eorum ars non est prohibita a iure,sicut in vsura
rijs.Secundo q꞉.d.cle.j.non habet locuʒ nisi qñ de vsuris agitur,
vt ibi clare dicit tex.cano.no,ꝛ do.Fran,de are.in presenti propo
sito in.c.j.in.xxiij.colum.de proba.qd̕ non tamen in istis terminis/
igitur ꝛc.Illud tamẽ ꝙ dicit Bal.in datiarijs,potest firmari alia
ratione.q꞉ qui exercent off.ciũ publicũ,de iure ꝛ ꝯsuetudine librũ

conficiunt.l.apparitores.C.de exac.tribu.lib.x.ergo tenetur ede
re,per regulam.l.quedam.§.nummularios.ꝛ.l.argẽtarius.in pñ.
ff.eo.¶Limita dictã cle.j.duob.mod.Primo vt ꝓcedat qñ agit̃
13 de vsuris,alias secus/vt.s̃.dixi.†Secũdo limito/nisi vsurarius a desi
a sijsset vsuras exercere,ꝛ etiaʒ restituisset vsuras:tunc iura loquen
tia de vsurarijs,non habent in eo locum.c.cuʒ tu.in verbo donec.
extra de vsu.Ita limitat et refert se consuluisse Bal.in rubr.C.de
vsur.in.ij.q.sequitur Ang.in.l.sicut.§.superuacuum.in vlt.col.ff.
quib.mod.pig.vel hypo.sol.Io.de ana.in.c.q꞉ in oĩbus.in.xij.q.de
vsur.facit tex.in.c.testimoniuʒ.gl.no.in verbo emẽdatus.de testi.
quicquid not.Bar.ꝛ Bald.in.l.imperialis.in pri.C.de nup.licet
Barto.non firmet.sic in simili talis vsurarius qui desijt vsuras
exercere,ꝛ exactas restituit,quẽadmoduʒ põt testari.c.quãto.de
vsur.in.vj.ita potest esse testis:fm Bal.in.c.pastoralis.in vlti.col.
de offi.ordi.ꝛ in.l.cassius.in vlti.col.ff.de sena.Quamuis cõtrariũ
teneat in hoc vlti.Bal.in.l.improbum.C.de infa.¶Ultimo pon
dera qd̕ in.d.cle.j.probatur vnũ de quo querit Bar.in extrauag.
14 ad reprimendum in verbo sine figura.in pe.col.¶†An in casibus
in quibus ꝓceditur summarie simpliciter ꝛ de plano,possit actor
petere a reo qd̕ sibi instrumenta edat vel librum rationum:tenet
qd̕ non:q꞉ etiã iure naturali prohibitum est.l.si.que hoc nõ ꝓbat.
j.eo.ꝛ melius facit illa cle.j.nã in causa vsuraria procedit̃ summa
rie ꝛ de plano.cle.dispẽdiosam.de iudi.ꝛ gl.in.d.cle.j.in verbo agi
tur.ꝛ tñ reus non cogebatur edere nisi statutũ fuisset/per.d.cle.j.
15 ¶†Tertium ꝛ vltimum exempluʒ est in mercatore b,qui de ꝯsue
b tudine librũ rationũ conficit/fm Ia.bu.ꝛ Bar.Alb.Sali.Ang.
et Flo.hic Barto.in.l.quedaʒ.in prin.ꝛ in.§.nummularios.ff.eo.
do.Anto.de but.in.c.j.ꝛ ibi Panor.cũ limitatione.de proba.do.
Car.flo.in cle.j.de vsur.vbi dicit istam opi.seruari de facto/prout
etiam dicit Alb.hic.Idem tenet Pau.de ca.in.l.pretor.in prin.ꝛ
l.argentarius.in prin.ff.eo.Et dicit Ange.hic/qd̕ ex hoc apparet
qd̕ practica consulum mercatorum ciuitatis perusij,qui cogunt
mercatores ad ostendendum librũ mercantiaruʒ suarũ,est nulla.
¶Fundamentũ doct.est solũ ꝓpter consuetudinẽ,ex qua inducit̃
tacitum mandatũ.Tamen fm do.Fran.de are.in.c.j.in.iiij.col.de
proba.leges allegate per doc.nihil faciunt,q꞉ loquuntur in cõsue
tudine mandantis.Sed ista qõ est in cõsuetudine eius cui tacita
fit commissio.melius facit tex.in.l.fi.in fi.iuncta gl.C.de fideius.et
dicit Bal.ibi,qd̕ ibidẽ melius probat̃ q̃ alibi iunctis multis que
ad idem cumulaui in.l.certi condictio.§.si nummos.ff.si cer.peta.
¶Tenete cõtrariã parteʒ/que verior est in puncto iuris,quã tʒ
Bal.hic in vlti.col.ꝛ in.l.j.in.iiij.col.C.de fal.causa adiec.leg.ꝛ in
l.j.§.rationes.ff.eo.Ful.hic:ꝛ Pau.de ca.cũ aliquali distinctione
qui dicit ꝙ de facto seruatur florentie ꝙ mercatores non tenentur
edere codicẽ rationũ:nisi quis haberet scriptũ de manu mercato
rum,in quo sit designatum illud folium in quo sit ratio sua.Ideʒ
tenet Ang.sibi contrarius in.l.argentarius.in prin.per illũ text.
in verbo neqʒ alios vllos absimiles eis.ff.eodẽ.glo.et Ioãnes.
an.in clemen.j.de vsu.ꝛ Pet.de anc.ꝛ Imo.in.c.j.de proba.ꝛ ibi
late do.Fran.de are.cum aliquali dist.in.iiij.colũ.ꝛ quatuor seq.
¶Pro ista parte stringunt tria.Primo text.in.d.cle.j.nam vsu
rarij de consuetudine cõficiunt libros rationum,ꝛ tamen non te
nebantur edere,nisi edita fuisset.d.cle.j.que aliter esset frustrato
ria.Nisi respõdeas quod ibi speciale sit in vsurario,qd̕ teneatur
exhibere etiam librum quem domi secrete facit ad suam recorda
tionẽ/fm Panor.ꝛ Card.ibi/Item tenetur edere quãcunqʒ scri
pturã ꝛ schedulã.vt.s̃.dixi in.iij.extensione/Secũdo stringit text.
in.l.si quis ex argẽtarijs.§.pertinere.ff.eo.nam ꝛ de ꝯsuetudine et
etiam de iure tenebãtur argentarij conficere librum rationuʒ,ꝛ
non tenebantur eum edere,nisi quando mandatum erat a parte,
vel eius procuratore:licet do.Alex.diuinãdo ꝛ restringẽdo illuʒ
tex.respõdeat.Tertio stringit tex.in.l.argentarius.in prin.ff.eo.
in.d.§.ideo autem.iũcto eo qd̕ no.glos.in.l.quedam.§.nummula
rios.eod.titu.¶Capio glos.fin.in verbo officium.Ista glos.non
est accursij:sed ceruoti eius filij.similis gloss.est in.l.j.§.officio.ff.
de tute.ratio.distra.ꝛ in.l.quedã.in pñ.ff.eo.¶Et ista gl.plenius
reassumit oppo.formatã in glo.precedẽti.in.iij.parte pri.Nã iste
tex.videt̃ innuere,ꝙ editio fiat mediante officio iudicis/dum di
cit ad iudicis officium pertinere sed officium iudicis,cum sit re
mediuʒ extraordinarium:presupponit ꝙ nulla actio cõpetit.l.in
cause.in.ij.in prin.ff.de mino.ꝛ tamen istud falsum/q꞉ imo editio
petitur mediãte actiõe.l.si quis.§.ex hoc edicto.ff.eo.Aliquãdo
enĩ cõpetit actio tutele/Aliqñ actio pro socio/Aliqñ actio mãda
ti:vt iuribus in hac additione allegatis/conclusiue in ista additiõe
respondetur,ꝙ ista lex debet intelligi quando scholaris non mã
dauit argentarie,qd̕ rationes sciberet,tunc enim oriretur actio
mãdati:sed simpliciter dixit argentarie:ꝙ rationes scriberet:tũc
non contrahitur mandatum,nec alia actio potest competere,me
rito competit officium iudicis/Istam glo.reprobant Bart.ꝛ do
cto.indifferenter/q꞉ mandatum contrahitur per quecunqʒ ṽba

a ¶Nisi vsurarius. Ad hoc Angel.in.l.palam.in.§.non solũ.ff.de ritu nup.

b ¶In mercatore. Ad hoc de doc.i.l.si.ff.qd̕ cũ eo.

15 et notobiliter Bal. ꝛ An. ff. de peti. here. ¶ †Scdo no. ex hac gl. ꝙ generalis exclusio remediorum vel beneficiorum, intelligitur de his que cõpetunt iure cõi, non aũt iure speciali. Et istud com probo per duo. Primo quia. l. generaliter loquens, nunꝙ intel ligitur derogare in casu in quo aliqđ specialiter est statutũ: in gl. in auť. de here. ab intest. in princ. in verbo vocantibus. Bar. not. in extraua. ad reprimẽdũ. in verbo nõ obstãtib⁹ in. iiij. colũ. gloss. Bar. ꝛ alij. in. l. sciendum. in princ. ff. qui satis. cog. Scdo facit ꝛ
16 melp⁹, †qꝛ in generali derogatione nõ intelligit̃ derogatũ priuile gijs ꝛ iuri spẽli: tex. est melior de iure in. l. decurionibus. C. de si lentia. lib. xij. ꝛ ibi gloss. quam ad hoc reputat singularem Bald. in. c. j. in fin. quo tempo. mil. in vsibus feudo. et. l. c. ecclesia sancte

Marie. in. iiij. co. de consti. ꝛ in. c. cum ordinẽ. in pe. col. ꝛ ibi bo nus tex. de rescrip. hanc regulam tradit etiam Bal. in ver. si que vero. per illũ tex. in. ij. cõstitutiõe. C. ꝛ in. l. nõ plures. C. de sa. san. eccle. ꝛ in. l. fi. C. si cõtra ius vel vti. pu. ꝛ in. c. j. in pe. co. de rescri. ꝛ est glo. in. c. vnico. in gloss. antpe. in verbo consuetudine. de ca
17 pel. mo. in. vj. ¶ †Tertio not. ex hac gl. ꝙ in generali exclusione beneficiorũ vel iurium, nunꝙ intelligit̃ excludi beneficium resti tutionis in integrum cõpetens minori. ¶ Quarto pondero istã gl. ad illud qđ examinat Bal. ꝛ dubitat in. l. in cause. in. ij. in pnc.
18 ff. de mino. ꝑ gl. ibi ꝙ †si statutũ disponat ꝙ nulla exceptio põt opponi, an poterit peti restitutio in integrũ, per istam glo. puto ꝙ sic, quia restitutio in integrũ in generali exclusione non venit facit qđ vult gl. no. in. l. vnica. in glo. pe. post prin. C. de momen tanea pos. ꝛ glos. in. l. ꝛ si sine. §. fi. ff. de mino. ¶ Quinto põdero
19 istam gl. ad limitationẽ regule †ꝙ ius singulare facilius tollitur ꝙ ius cõmune. l. eius militis. §. militia missus. cum fi. ff. de testa. mili. nam ꝓcedit qñ specialiter derogatur: sed in generali dero gatione, venit potius ius cõmune quã singulare. ex his hec glos. remanet mirum in modum illustrata. ¶ Extra glo. inquantum
20 Bal. tangit †an renuntiatio litis requirat causam, ꝛ cõcludit ꝙ non. adde Bal. in. l. si aduersarius. C. de fide instru. ꝛ in. l. fi. C. qđ cum eo. ꝛ in. l. illud. C. de sacrosan. eccle. ꝛ in. l. si militem. ad fi. C. de cõdi. ob causam. ꝛ in. l. j. C. si rector ꝓuincie. Limita sing. in re nuntiatiõe facta ab aliquo administratore: quoniã tũc est neces saria expressio cause, fm Bal. ꝛ Ang. in. l. j. C. de apo. publ. li. x.
21 Itẽ inquantũ tãgit Bal. †an qui renunciat liti debet cõdemna ri aduersario in expensis. adde Bal. in auť. contra qui propriã. in. ij. no. C. de non nume. pecu. Jason Padue.

1 ¶ Obligatio potest tolli, partim per solutionem partim per pactum. ꝛ nu. 7.
2 In pactis ꝛ conuentionibus requiritur causa, quando tendunt ad obligandum: secus si ad liberandum.
3 Si pacto de nõ petendo remittatur debitum quingentorum au reorum, requiritur insinuatio.
4 An sicut ex pacto nudo de donando hodie oritur actio vel con dictio ex. l. ita ex pacto nudo de non petendo, facto ex causa do nationis.
5 Aduocato potest fieri pactum de non petendo.
6 Exceptio pacti de non petendo an sit de impedientibus litis in gressum.
8 Licet per pactũ de nõ petendo non fit ipso iure sublatũ debitũ, tñ debitor si soluat per ignorantiã, poterit repetere solutum.

1 **Creditori tuo.** †Obligatio potest tolli partim per solutionem
2 partim per pactuꝫ. h. d. ¶ No. ex tex. ibi: ob causas. iuncta gl. †ꝙ in pactis ꝛ cõuentionibus reqrit̃ causa ꝛ dicit Odof. ꝙ istud alibi clari⁹ nõ inuenit̃. Intellige si tendũt ad obligandũ: quia nõ existente causa obstat exceptio doli. l. ij. §. circa. cum glos. ff. de excep. doli. secus in liberatorijs. l. tale pactũ in prin. ff. eo. dicunt tñ Ja. but. Sali. Fulg. d. Alex. ꝛ d. Ant. de alexã. hic, ꝙ si in conuentionibus liberatorijs exprimeret̃ cã, illa deberet cõsyderari: ꝛ ita saluant glo. hic, ꝑ. l. si cũ te. ff. eo. ¶ Tu caue: quia obstat regula. l. vice. in prin. C. de rei vxo. act. nec obst.
3 d. l. si cũ te. quia loquit̃ in errãte. †Itẽ per illud qđ dixi ꝙ in con uẽtionib⁹ liberatorijs nõ requiritur aliqua cã. infert Salice. hic post patruũ suum, ꝙ si creditor faceret debitori suo pactum de nõ petẽdo: ꝛ debitũ esset quingentorũ aureorũ, nõ requireretur tñ insinuatio, que alias requireret̃ in donatione excedẽte quingẽ tos aureos. sicut enim non requiritur causa donationis, vel alia cã: ita etiam nõ requirit̃ insinuatio. licet in vera donatione, vel in pacto de nõ petẽdo, qñ expresse fieret ex causa donationis requi rat̃ insinuatio. l. cõtra iuris ciuilis. §. ñ. ff. eo. Et in istis terminis ꝓprie loquit̃ gl. sing. in. l. si qs obligatione. ff. de reg. iur. istud vlti mum tenet etiã Jo. an. in addi. Spe. in ti. de instr. edi. §. porro. in pe. co. Sed cõiter reprehenditur, ꝛ tenet̃ ꝙ vtroqꝫ casu reqrat̃ insi nuatio, ad hoc vt valeat: fm Bar. in. l. modestinus. vbi Moder. ff. de dona. Bal. et Ange. in. d. l. cõtra iuris. §. fi. ꝛ. l. si vnus. §. pa ctus in. l. tale pact. in princi. ff. eo. et no. Bald. in. l. pactum. et. in xviij. q. C. de colla. cũ alijs concor. ad hoc alleg. per do. Alex. hic quibus adde Aug. exꝑsse idem firmantem, in. l. pacta que ꝯtra. j. eo. vbi dicit ꝙ alias ita vidit obseruatũ ꝛ iudicatuꝫ de facto in ciuitate Perusij. Ita dicit esse glo. singu. de hoc in. d. l. si qs obli gatione. et dicit sentire gloss. in. l. j. ff. que res pign. obli. non pos.
4 ¶ †Nunquid autẽ sicut ex pacto nudo de donando hodie orit̃ actio vel condictio ex. l. iuxta. l. si qs argẽtum. in prin. C. de dona. no. late Bar. in. l. legitima. ff. e. Ita ex pacto nudo de nõ petẽdo facto ex causa donationis, oriatur actio vel cõditio ex. l. ad dãna vel interesse. cõiter tenetur ꝙ nõ. qꝛ. d. l. si quis argentũ. proprie locũ habet, qñ cõuẽtio donationis principaliter tendit ad agen dum: sed pactũ de nõ petẽdo, etiã factũ ex cã donationis, prin

cipaliter nõ tendit ad agendũ:ita in effectu cõcludũt Cy.⁊ Bal.
⁊ An.in.l.pacta que ꝯ.j.eo.⁊ late Bar.in.l.si vnus.§.pactus ne
5 peteret.in.vj.col.ff.eo.vbi soleo ordinarie ponere.¶ † Scđo no.
ibi tuo patrocinio.patrono cause ⁊ sic aduocato põt fieri pactũ
de nõ petẽdo:eo quia in preteritũ causam defendit.⁊ tale pactũ
nõ est improbatũ.⁊ sic limita.l.litem.j.de pcur.¶ Tertio no.ibi
6 petitionẽ repellit.fortẽ ⁊ mirabilẽ text.† ꝙ exceptio pacti de non
petẽdo est de impedientibus litis ingressum:ꝯ doctri.Bar.in.l.
nam postea ꝙ.i prin.vbi dixi.ff.de iureiu.⁊ in.l.si vnus.§.pactus
ne peteret.in.vij.col.ff.eo.rñde dupliciter fm Fulgo.⁊ do.Alex.
hic.Primo ꝙ tex.intelligit repetitionẽ repellit.s.in effectu.Scđo
ꝙ exceptio erat notoria.vt hic late per do.Alexan.⁊ vltra addu
cta per eũ adde bonũ tex.in.c.qm̃.ad fi.de filijs psby.quẽ ad hoc
allegat Panor.in.c.exeptionẽ excõicatiõis.vbi etiã do.Anto.⁊
alij de excep.Jo.an.⁊ alij in.c.j.de lit.cõtes.in.vj.Adde Pau.de
ca.in.l.ait pretor.⁊ ibi plenius quã hic.d.Alex.in.iij.col.ff.de iu
reiurã.¶ Quarto no.ex tex.ibi partim ciuili iure: partim hono
7 rario liberatus es.† qđ idem debitum potest in parte tolli p solu
tionẽ et pro illa liberať ipso iure,et sic iure ciuili.Et in parte põt
tolli per pactũ nudum de non petendo:quo casu nõ liberať ipso
iure:quia pactũ nudum nõ potest tollere ciuilẽ obligationẽ.Et
sic non liberať de iure ciuili.qꝛ ius ciuile non fomentat pacta nu
da nisi interueniẽte stipulatione,⁊ acceptilatione:sed solum tole
rantꝰ de iure pretorio,per editum pretoris dispensantis ꝙ pacta
seruentꝰ.¶ Ultimo dũ tex. dicit exceptio perpetua pacti vel doli
dic ꝙ exceptio directa pacti,cõpetit vere paciscẽti sibijpsi. sꝫ ex
ceptio doli qñ alteri q̃riť.l.⁊.heredi.§.iulianꝰ.ff.e.vť qñ a.l.tacite
inducitur vt per gl.⁊ doc.in.l.iurisgẽtiũ.§.fi.ff.eo.⁊ cuius vtilitatꝫ
8 sit declaraui in.l.ij.s.eo.¶ No.tñ finem istius.l.iuncta gl.† ꝙ li
cet per pactũ de nõ petẽdo nõ sit ipso iure sublatũ debitũ:tamẽ
debitor p ignorantiã soluens,posset solutũ repetere.et dicit glo.
siue soluat errore facti siue etiam errore iuris.Ratio est quia qñ
illud qđ soluiť est omni iure indebitũ,quocũqꝫ errore soluať sem
per potest repeti.vt no.in.l.cũ,quis.p gl.⁊ ibi dixi.s.de iur.⁊ fac.
igno.Ita hic per pactũ de nõ petẽdo qꝛ quãdo tolliť ipso iure na
turalis,⁊ ciuilis elidiť:est perinde acsi esset penitꝰ indebitũ:ideo
quocũqꝫ errore soluať potest repeti.Maxime quia soluẽs est tu
tus exceptiõe pemptoria ⁊ fauorabili. Sed qñ esset obligatio ci
uilis non elisa,vel melius obligatio naturalis nõ elisa:tũc distin
guitur an errore facti soluať ⁊ põt repeti.Secus si errore iuris.
l.error.C.ad le.fal.declaraui in.d.l.cum quis.

1 ☞ Pactũ cõtra.l.vel bonos mores est nullum:et diciť contra
l.quando.l.expresse prohibet pactum fieri.
2 Ubicũqꝫ in aliqua dispositione apponitur a superiore clausula
decreti annullatiua,tunc pactũ vel consensus partium nihil po
test operari:quia vbi apponitur clausula annullatiua,illud videť
datum pro forma.
3 Sicut pactũ contra.l.est nullum:ita ꝯ bonos mores:⁊ ꝯ bonos
mores aliter dꝛ de iure cano.⁊ aliter de iure ciuili.
4 Juramentum ꝯ bonos mores de iure cano.non est obligatoriũ.
5 Donatio facta inter virum ⁊ vxorem constante matrimonio fir
matur iuramento.
6 Donatio inter virũ ⁊ vxorem constante matrimonio,⁊ inter pa
trem ⁊ filium in potestate,equiparantur.
7 Negatiua ꝑposita verbo potest,importat impossibilitatem.
8 Actio bonefidei informata per pactũ,efficitur stricti iuris.
9 Etiam in actione stricti iuris,qñ peto qđ est meũ,vel fuit aliquã
do meum,veniunt fructus a tempore more.

1 PActa que contra. † Pactũ ꝯtra.l.
vť bonos mores
est inualidum.h.d.Et ponit tres casus in quibus pa
ctum est nullũ.¶ No.j.ꝙ pactũ ꝯ.l.est nullũ:⁊ diciť ꝯ
l.qñ.l.expsse prohibet pactum fieri.si vero.l.nõ prohibeat expres
se pactũ fieri ⁊ tũc si dispositio.l.respicit fauorẽ partis,põt fieri
pactũ in ꝯriũ.l.pacisci.⁊.l.pactũ.ff.eo.⁊ plene no.p gl.⁊ doc.in.d.
l.pacisci.secus si respiceret publicã vtilitatẽ.l.iurisgẽtiũ.§.si paci
scar.⁊.§.⁊ generaliter.ff.eo.Qñ aũt pactũ dꝛ ꝯ.l.⁊ qñ ꝑter,decla
rat Bar.in.l.cum lex.in pe.col. ff.de fideius.⁊ in. l.i. ff. de noua.
2 Bal.in.l.nõ dubiũ.in pe.q.C.de legi.¶ † Et ad cõfirmationẽ,ꝙ
vbicũqꝫ in aliqua dispositione apponiť a superiore clausula de
creti annullatiua:vt qꝛ dicať si secus factũ fuerit sit irritũ ⁊ ina
a ne.tũc pactũ a vel cõsensus partiũ nihil potest operari gl. no.in.c.
statutũ.ad fi.prin.in ꝟbo committantꝰ.⁊ in.c.dispendia.in verbo
processus.de rescrip.in.vj.iuncto eo qđ vult gl.no.cle.j.in verbo
inhibẽtes,de iurepatro.⁊ est glo.de iure ciuili notabilis in.l.a di
uo pio.in glos.ij.in verbo actionem. ff.de ritu nup.quam ad hoc
multũ no.Bal.in.l.nõ dubiũ.in.x.col.C.de leg.nulli.⁊ in.l. iube
mus.§.sane.in.j.post principiũ.C.de sa.san.eccle.⁊ in.l.ea q.C.de
dona.añ nup.⁊ i.c.executor.ad fi.in.ꝟ.nisi expsse.quẽ do.ibi mul
tũ no.de cõce.pbẽ.l.vj.rõ qꝛ vbi apponiť cła annullatiua:tunc il
lud videť datũ p forma fm Bal.⁊ An.in.l.j.ff.de libe.⁊ posth.
sequiť Pet.de ancha.in cõmento.c.canonũ statuta.in ver.q̃ro
si statuto caueať ꝙ notarij.de cõsti.sꝫ vbi aliquid requiritur pro
forma ꝯsensus,pactũ nihil opatur:auť.iubemꝰ.C.de iudi.Bar.
3 in.l.de his.ff.de transac.¶ † Scđo no.ꝙ sicut pactũ contra.l.est
nullũ:ita cõtra bonos mores.⁊ aduerte ꝙ contra bonos mores
aliter dicitur de iure ciuili,⁊ aliter de iure canonico:nã de iure
ciuili qcquid est improbum vel inhonestũ,diciť cõtra bonos mo
res:sꝫ de iure canonico,illud solũ qđ inducit peccatũ:fm Bal.h
in scđo no.⁊ in.l.pactũ dotali.in.xix.q.C.de coll.⁊ in.l.nõ dubiũ.
in.xvij.op.C.de legi.⁊ in.c.j.§.itẽ sacramẽta.de pa.iur.fir.in vsi.
feu.⁊ notabiliter in ru:C.de ꝯdi.ob tur.cau.Et dicit Pau.de ca.
4 h/ꝙ regła.c.nõ est obligatoriũ.de re.iu.in.vj.q̃ dicit ꝙ † iuramẽ
b tum b ꝯ bonos mores nõ est obligatoriũ.dꝫ intelligi qñ est ꝯ bo
nos mores de iure canonico:⁊ sic qñ inducit peccatũ:secꝰ qñ est
5 ꝯtra bonos mores ciuiles.¶ † Et p hoc infert/ꝙ donatio fctã c
c inter maritũ ⁊ vxorẽ cõstante mrĩmonio firmať iuramẽto:qꝛ lꝫ
sit ꝯ bonos mores ciuiles.l.j.ff.de do.inter virũ ⁊ vxo.tñ non est
ꝯtra bonos mores canonicos:ergo firmať iuramẽto.in hoc pas
su bar.variauit:nã in.d.l.j.ff.de dona.inter virũ ⁊ vxo.tenuit p
illũ tex.ꝙ talis donatio nõ firmeť iuramẽto.⁊ sentit in.l.cũ qs de
cedens.§.j.ff.de leg.iij.istam pertem tenent Bal.Sali.⁊ Fulgo.
in.d.l.j.⁊ Bal.in.l.si quis inquilinos.§.j.ff.de leg.j.⁊ in.l.cũ mul
te.in pe.co.C.de dona.ante nup.⁊ in repe.l.ij.in.v.q.prin.C.de re
scin.vẽ.⁊ late in.c.cũ ꝯtingat.xv.co.⁊ seq.de iureiu.Pau.de ca.in
consi.lxiiij.qđ inci.super isto puncto occurrũt tria videnda.in.ij.
dubio.Card.in cle.j.§.porro.in.v.q.de iureiur.¶ Cõtraria opi.
est magis cõis ⁊ vera/quã tenet idẽ Bar.in.l.seius ⁊ augeriꝰ.ff.
ad le.fal.⁊ in.l.si quis pro eo.ad fi.principij.ff.de fideius.hãc late
per plura fundamẽta tenẽt Guil.de cu.⁊ albe.in.l.sꝫ ⁊ si posses
sori.§.itẽ si iurauero.ff.de iureiurã.Fede.de senis.in ꝯsil.ccl.qđ
incipit pũctus q̃stionis talis est stãte matrimonio.Bal.in repet.
l.ij.in.xlix.col.in ver.venio ad scđm.ff.de iureiur.Ange. in.l.pe.
§.mulier.ff.solu.matri.late imo.in cõmento.c.cũ cõtingat.in.x.
membro.⁊ ibi Panor.in.ix.col.de iureiur.⁊ do.Abb.quẽ oĩno
vide in consi.lxxviij.in.ij.volu.incip.factũ sic ꝓponitur quedam
dña.B.Jmo.⁊ Moder.in.l.si quis inquilinos.§.fi.ff.de lega.j.
Rapha.cu.in.d.l.si quis p eo.Paul.de ca.hic/⁊ in ꝯsil.xcix.qđ
incipit notandũ est ꝙ prefatũ statutũ.Lud.in ꝯsi.xliiij.qđ incip.
ex.s.narrato themate vnũ eliciť dubiũ.⁊ in ꝯsi.ccxciij.qđ incipit
presupposito ꝙ dictũ legatũ.d.Alex.vbi dicit istam esse magis
cõem opi.in consi.viij.in.ij.vo.qđ incipit visis ⁊ cõsyderatis his
que in themate ꝯtinentꝰ.⁊ in cõsi.clvij.in.ij.vo.qđ incipit viso in
strumento donationis.in pe.co.d.Frã.de are.in consi.lxxiiij.qđ
incipit diligẽter ⁊ mature põderatis.vbi pro hoc adducit/quia
si esset ꝯ bonos mores naturales vel iurisgentiũ , nõ cõfirmareť
morte.quia hꝫ perpetuã cãm prohibitionis.l.generaliter.⁊ in.l.
si plagij.ff.de verb.obli.⁊ tñ confirmať morte.l.papinianus.cũ
6 glo.ff.de dona.inter vi.⁊ vxo.¶ † Pro ista parte bene facit:nã
donatio inter vi.⁊ vxo.ꝯstante matrimonio,⁊ donatio inter pa
trem ⁊ filiũ q est in ptãte/eqparantꝰ.l.donationes quas parẽtes.
C.de dona.inter vi.⁊ vxo.sed donatio inter patrẽ ⁊ filiũ in ptãte
q̃uis prohibita a.l.ciuili.tñ firmať iuramẽto:fm Bal.in.l.fi.ad
fi.C.de vsuc.p dona.⁊ in rep.l.ij.xviij.char.ff.de iureiu.d.Alex.
in.l.si donatione.vbi late dixi.c.de colla.ergo similiter firmabiť
iuramẽto donatio inter maritum ⁊ vxo.¶ Ultra alios ponde
ra pro hac parte/ꝙ tex.in.d.l.j.ff.de dona.inter virũ ⁊ vxo.nõ di
cit ꝙ talis donatio sit ꝯ bonos mores:sꝫ bene dicit ꝙ moribꝰ,⁊
sic ꝯsuetudine est ꝓhibita:ergo cõtrarijs moribꝰ posset permit
ti generaliter:put simili inductiõe vtunť Bal.⁊.d.Alex.in.l.mo
ribus.in prin.per illũ tex.ff.de vul.⁊ pu.Ang.⁊ Jmo.in.l.capta
torias.ff.de here.insti.⁊ in.l.more.ff.de acqui.her.⁊.d.Alexã.in
l.captatorias.ff.de test mili.sicut ergo per ꝯsuetudinẽ potest ge
neraliter pmitti:ita p pactũ iuratum in casu particulari:arguẽ
do a pacto iurato ad statutũ.vt p Bar.in.l.fi.in.iiij.co.j.c.Ang.
in.l.oẽs populi.ff.de de insti.⁊ iur.Bal.in repe.l.j.in.xv.co.C.de
sa.san.ecc.¶ Capio glo.in ver.bonos mores.quã diuide in tres
in prima declarat tex.in scđa exemplificat.in tertia ponit distin
ctionẽ.scđa ibi:⁊ da exẽplũ.tertia ibi:⁊ distingue.¶ In ea.in fi.
habes ꝙ in.l.stipulatio ista.§.alteri.ideo vꝫ accessoriuꝫ ⁊ sic pa
ctũ penale:eo qꝛ pactũ nõ est cõtra.l.sed preter.⁊ sequiť Bar.h/
7 ⁊ gl.⁊ Bar.in.l.nõ dubiũ.ad fi.C.de legi.⁊ in.d.§.alteri.† Jllud
nõ est verũ:nã cũ.l.dicat alteri stipulari nemo põt.negatiua pre
posita verbo põt,importat impossibilitatẽ.gl.in.c.j.de regu.iur.
in.vj.Bar.in.l.gallus.in prin.ff.de libe.⁊ posth.⁊ licet Bart.in
l.cũ lex.in pe.col.ff.de fideius.nimiũ subtilizauerit/dicẽs ꝙ.l.lo
quiť in ꝑsenti,qꝛ dicit nemo põt.secus si dixisset in futuro nemo
possit.⁊ aliter Sali.hic in.ij.co.¶ Tu clare rñde vt per Bal.in
l.nõ dubiũ.in.xiiij.oppo.C.de legi.Bart.in.l.ita stipulatꝰ:in.xij.
oppositione pe.partis.ff.de verbo.obli.¶ Capio glo.fi.in verbo
nullam vim.

a ¶ Tũc pa
ctuꝫ. Adde
Alexan. de
imo.in.l.cũ
lex.ff.de fide
ius.in apo
stillis.

b ¶ Juramẽ
tum. Adde
Bar.i.l.qđ
eis.C.de nu
ptijs. Bar.
in.l.stipula
tio hoc mõ.
de ꝟbo.obl.
Bal.i auť.
sacramẽta.i
iiij.col. C.si
aduer.ven.

c ¶ Donatio
facta. Adde
Abb.i.c.fi.
de dona.in
ter virum ⁊
vxo.doct.in
c.lꝫ.de pac.
lib.vj.

nullam vim.que no.enumerat vires pactorū.⁊ inserit ꝙ pactum
perimat,dicit vt,acceptilationes.Tu melius exemplifica in ac-
tione iniuriarū,vel furti,vel alia ex delicto ad penam competen-
te:que per pactum ipso iure perimitur.l.si tibi.§.quedā.vbi gl.⁊
8 doc.ff.eo. ¶ In tertio effectu no.† ꝙ actio bonefidei informata
per pactum efficitur stricti iuris.idem tenet glos.in.l.iurisgentiū.
§.quinimo.ff.eo.Bar.hic ⁊ ibi.reprobat.⁊ ibi vt plurimum alij
sequunť.⁊ Io.fab.⁊ ang.de are.in.§.si actionē.l.videam⁹.in.ij.ff.
de vsu.per tex.in.l.ij.C.de pact.inter emp.⁊ ven.vbi in actione in
formata veniūt fruct⁹ a tēpore more.⁊ tñ si esset stricti iuris,veni
rent solū a tēpore lit.cōte.l.videamus.in.ij.§.si.actionē.ff.de vsur.
Responde subtiliter/qđ in.d.l.ij.ideo est quia agitur ad illud qđ
9 aliquādo fuit meum.†vnde etiā in actionibus stricti iuris,qñ pe
to id quod est meum,vel aliquando fuit meum,veniūt fructus a
tēpore more.d.l.videamus.§.si actionem.declaraui in.l.cum fun-
dus.in pri.ff.si cer.pe.Ista fuit subtilis responsio Bal.in repe.
l.petens.in pe.col.ſ.eo.⁊ in.d.§.quinimo.⁊ ibi Raph.fulgo.in.ſ.
col.sibi ascribit hanc subtilem solutionem.

1 ☞ Quoties creditor succedit debitori vel ecōtra:actio confun
ditur ratione contrarietatis pro parte pro qua est heres:nisi per
pactum effectus sit conseruatus.
2 Si titius recipiat fundum in emphiteosim,cum illa cōditione,
vt habebat titius.intelligitur cum illis oneribus ⁊ pactis.
3 Si creditor adijt here.debitoris cum beneficio inuentarij,pōt ci
tatis citandis implorare officiū iudicis,vt sibi assignet aliquam
rem hereditariā pro suo credito,de qua possit libere disponere.
4 Actio ⁊ passio non possunt in eodem subiecto simul concurrere.
5 Actio ex stipulatu competit ad incertum,⁊ non ad certum,
6 Non est differentia an res tradatur vel dimittatur.

DEbitori tuo. Ista.l.habet materiam dif
ficilem.⁊ dicit do.Alexā.in
fi.ꝙ est scrupulosa materia.Diuidiť in duas.In pri
ma ponitur vna decisio in genere.In scđa alia decisio
in spem.scđa ibi:sed si eam.h.d.si creditor succedat debitori actio
1 confundiť:sed per pactum potest effectus conseruari.¶ † No.j.
regulā/quotiescūꝗ creditor succedit debitori vel econtra actio
cōfunditur ratione cōtrarietatis:quia actio ⁊ passio nō possunt
simul stare in eodē subiecto:vnde si,in totū succedat:in totuz con-
funditur.si in parte:cōfunditur pro qua parte est heres.l.si vxor.
C.de bo.auto.iudi.pos.l.licet.C.ad le.fal.cum alijs allegatis in gl.
¶ Amplia istam regulam vt procedat,etiam si creditor succedēs
debitori sit grauatus per fideicommissum de restituendo heredi
tatem:fm Ange.⁊ Imol.in.l.deducta.in prin.ff.ad treb. Tñ in
contrariū facit text.in.l.huiusmodi.§.edes.iuncta glo.ff.de lega.
j.Limita ⁊ declara istam regulam:vt habes per Paul.de cast.
in consi.clxij.incipien.visa facti narratione satis lōga.in.j.colum.
¶ Limita etiam alijs tribus notabilibus modis.vt hic per do.
Alexan.Et adde in materia qđ decidit Ludo.ro.in consil.clxxvj.
qđ incipit visis dubijs propositi thematis.Et idem adde/ꝙ cre-
ditor heres institutus a debitore,petendo debitum non renun-
tiat hereditatem:dūmodo petat cum expressa protestatione.glo.
est in.l.vt debitum.in glo.j.⁊ no.Bald.C.de heredi.acť.⁊ Bald.⁊
2 Pau.de castr.hic.¶ † Scđo pondera text.ibi ea conditione.⁊c.
ꝙ tex.improprie dicit conditione:quia re vera hic non est cōditio
⁊ ideo expone.i.eo tenore ⁊ pacto/prout exponit glos.in.l.societa
tem mecū.in princ.in gl.j.ff.pro so.vel.expone cōditiōe.i.onere.et
hoc modo facit pro eo qđ no.Bart,in.l.nihil.per illū tex.ff.de cō
iungen.cum emancipa.lib.ꝙ si titius recipiat fundum in emphi-
teosim cum illa conditione,habeat vt titius:intelligitur.i.cū illis
oneribus ⁊ pactis.facit text.in.l.ea conditione.vbi Bal.⁊ Sali.
idem no.C.de rescin.vendi.⁊ text.in.§.cum autem impubes.insti.
de adop.⁊ glo.in.c.verum.in glo.ij.in duob⁹ locis de cōdi.appo.
et ad hoc vide qđ decidit Io.an.in addi.Spe.in ti.de instru.edi.
§.nunc vero aliqua.in vlti.co.in.q.quā dicit fuisse de facto.testa-
tor constituit quēdam consanguineum suū vniuersalem heredez,
ea conditione ꝙ non succedat nec apprehendat possessionem in
parte vel in totum,nisi prius per executores testamēti sit satisfa-
ctum omnibus legatarijs:ꝙ licet testator vsus sit termino cōdi-
tione:tñ nō fuit proprie conditio sed onus impositū heredi/phi
bendo apprehensionē possessionis ad certū tempus:vnde ponde
ra hic esse tex.ꝑ regula quā tradit Bar.in.l.cū de bonis.ꝑ illum
tex.C.de dona.ꝙ ista verba ea cōditione.qñ sequiť dictio vt.sicut
in hoc text.nō importāt cōditionē sed modū.adde text.in.l.quo-
niam.et ibi Bald.C.de re.permu.⁊ text.in.l.societatē mecum.ff.
pro socio.⁊ tex.in.l.meuia.cum gl.ff.de manu.testa.¶ Hinc dicit
Barto.in.l.quibus diebus.§.fi.in.ij.colū.ff.de condi.⁊ demō.qđ
si,testator dicat lego titio centum ea conditione vt aliquid faciat
certe non obstante ꝙ dicat conditione:tamen erit modus:⁊ illa
verba ea conditione.nō accipiuntur proprie,cū testatores cōiter
ignorent quid sit.sequiť do.Alexan.in consi.cij.in.j.volu.qđ inci.

visis ⁊ ponderatis his que narrantur in themate.in.j.⁊.ij.colū.⁊
in consi.cxix.in.j.vol.qđ incipit.viso ꝓcessu super causa vertēte.
in.ij.col.¶ Adde etiā Bar.in.l.societatem.§.arbitrorū.in prin.
ff.pro socio.vbi per glo.iuncto tex.no.ꝙ licet verba dispositiōis
dicant ea cōditione:tñ illa verba non faciunt conditionem si na
tura verborū sequētiū hoc non patitur. ¶ Vel ⁊ tertio intellige
istū tex.cōdictione sine causa.idest cōuentione vt ꝑ gl.fi.in.l.legē.
⁊ ibi declarat Sali.in.xj.oppo.ſ.eo.¶ Capio gl.in verbo confu-
sa est.quā no.Et dicit Ange.in.d.l.generaliter.ff.de fideiuſ.istā
gl.esse magistram ⁊ meliorem que sit in iure.hanc glos.diuide in
tres In prima allegat sex cōcordantes ad tex.In secunda oppo-
nit ⁊ soluit.In tertia ponit notabilē distin.que habet.v.casus.se-
cunda ibi:sed cōtra.tertia.ibi:⁊ distingue.¶ In scđa parte vltra
glo.⁊ que addunt doc.no.illud qđ in practica est quotidianū qđ
3 ponit Bal.hic† ꝙ si creditor adijt hereditatem debitoris cū be-
neficio inuentarij,potest citatis citandis implorare officiū iudi-
cis,vt sibi assignet aliquam rem hereditariā pro suo credito,de
qua possit libere disponere.commendat Pau.de cast.hic dicēs
alibi nō vidisse.⁊ domi.Alexā.qui dicit ꝙ ita alias fecit de facto
obseruari ⁊ qđ idem tenet Bal.in.l.fi.§.in computatione.in ver.
venio ad oppositiones.C.de iure delibe.Sed caue quia Pau.de
ca.nō bene recitat Bal.⁊ loquitur etiam anteꝗ adiuerit.l.vt de
bitum.ſ.de heredi.actio.Item adde ꝙ istud dictum Bal.etiam
sequitur ⁊ reputat singulare idem Pau.de ca.in.l.quoniam in
prioribus.ad fi.per illum tex.C.de inoffi.test.¶ In tertia parte
glos.no.pulchrā distinctionem per.v.casus.Ratio primi est pro
4 pter cōtradictionē.†q: actio ⁊ passio non possunt simul concur
rere in eodem subiecto.vnde tūc extincta obligatione principali
extinguitur fideiussoria,q̄ per se stare nō potest.Ratio secūdi ca
sus est ⁊ tertij/q: obligationes sunt tunc paris potentie,nec vna
per aliam potest tolli cum sit incertum que tolli debeat.istam ra
tionem assignat tex.l.generaliter.ff.de fideiusso.In quarto casu
ratio est.quia fideiussor suꝑpsius esse nō potest.l.heres.§.seruo.
ff.de fideiuſ.alle.in gl.ꝗuis Pau.de ca.aliā rationē assignet/q:
scđm eū superfluum est dare accessoriū,cū vigeat principalis actio
ꝑ quā solā pōt tm̄ ꝯsequi quantū per ambas.hec rō nō placet:q:
scđm hanc rōnem,qñ vnus correus succedit alteri,deberet extin
gui:qđ est falsum:vt.s̄.per glo.¶ Istum vltimū casum limita ni
si fideiussor dedisset hypothecā vel pignus.tex.est sing.in.l.cum
quis.§.fi.cum glo.ff.de solu.quem ad hoc Bar.ibi reputat sing.
¶ Scđo limita/nisi lis fuisset ꝯtestata cōtra fideiussorē.l.seru⁹.
ad fi.⁊ ibi Cy.⁊ Bal.ff.de infam.⁊ ibi Ang.dicit ꝙ ille tex.est ad
hoc singularis ⁊ peregrinus.¶ Tertio limita/nisi fideiussor in-
uentarium fecisset:cum censeatur in gradu ⁊ statu in quo erat
anteꝗ hereditatē adiret.fm Bart.in.l.generaliter.ff.de fideiuſ.
Cy.Salic.⁊ Moder.hic cum concor.de quibus per do.Alexā.
¶ Capio glo.in verbo ex stipulatu.quam diuido in quatuor.in
prima timore taciti contrarij exponit ex stipulatu.i.ex stipulatio-
5 ne certi condictiōis.† Nam actio ex stipulatu cōpetit ad incertū
⁊ non ad certum.l.si quis certum.ff.si cer.petatur.insti.de verb.
obli.in prin sed hic debita erat certa quātitas:ergo nō pōt cōpe
tere actio ex stipulatu.gl.fatetur.nā tex.nō dicit actione ex stipu
latu:sed dicit ex stipulatu,hoc est ex stipulatione.⁊ sic denotat fa
ctum,⁊ non actionem.⁊ sic competit certi condictio,que cōpetit
ad omnia certa:intellige verum respectu heredis stipulantis suū
creditum:sed quatenus stipulatur pro alijs creditoribus,dicitur
stipulatio continere incertū.l.liber homo.ij.§.fin.ff.de verb.obl.
fm Bal.⁊ Sali.in.iiij.oppo.⁊ Pau.de ca.hic.¶ In scđa que est
ibi:alioquin.glo.respondet tacite questioni,quando non interue
nisset stipulatio.⁊ ponit tres casus principales.¶ Prim⁹ est cla
rus,quādo tradidit hereditatem pacto incontinēti apposito.cla
rum estꝙ agi potest ex illo pacto,sicut ex stipulatione:cū pactū
vestiať coherentia traditionis.vt in gl.dū dicit differētia est,quā
do interuenit stipulatio,agitur certi cōdictione.quādo vero pa
ctum vestitum coherentia traditionis cōpetit actio prescri.ver.
l.rebus.⁊.l.ea lege.C.de rerū ꝑmu.¶ Scđs casus glo.est quādo
nō tradidit hereditatem:puta quia aduersarius possidebat:sed
sibi dimisit ex causa transactionis,pacto incōtinenti apposito:⁊
tunc tenet glo.ꝙ ex pacto agi non potest.Et si dicis quare pactū
non vestitur coherentia dimissionis,sicut coherentia traditiōis.
6 †cum non sit differentia an res tradatur an dimittatur.l.qua ra-
tione.§.interdū.ff.de acqui.re.domi.§.interdū.insti.de re.diui.
iuncta.l.si mulier.ff.de condit.ob causam.⁊.l.si spōsalibus.§.j.ff.
de iur.dot.respōde omissa sol.Bal.⁊ Mod.ꝙ gl.hic loquitur,
qñ dimissio est facta ex causa transactionis,in qua est speciale ꝙ
nō opereť idē qđ traditio.i.translationem dñij:cū nō fiat aīo trāſ
ferendi dñium,sed finiendi litem.tex.est singu.in.l.si pro fundo.
vbi Bar.⁊ doc.ſ.ti.j.quē ad hoc reputat sig.Bal.in.c.j.ad fi.de
ꝯtro.inter do.⁊ vasa.⁊ alibi de benefi.in vsi.feu.¶ Terti⁹ casus
glo.est qñ heres obtenta sentētia dimisit hereditatē aduersario,

sine vllo pacto ⁊ in hoc glo. cōcludit ꝙ pro suo credito aget prima actione. ⁊ licet sit sublata ipso iure. l. in omnibus. ff. de solu. ⁊ hoc tex. tñ cum aduersarius habeat hereditatē, ⁊ sic vicē heredis obtineat, est perinde ac si ista actio nō esset confusa. l. ij. §. pe. ff. de here. vēdi. alleg. in glo. ⁊ l. heredem. ff. de his qui. vt indig. ¶ Pro alijs creditoribus inquantū gl. vult actionem posse cedi, male dicit: ex quo creditoribus solū cōpetit actio cōtra verū heredem. l. ij. vbi dixi. s. eo. vnde tūc dic agi actione ex sentētia: vt in gl. qñ dimissio ex aliquo cōtractu puta donationis vel venditionis non fieret. l. hereditatem. ff. de dona. Iason Padue.

1 ☞ Pactum inter dominum ⁊ pastorem, vt fetus nascituri inequaliter diuidantur, validum est.
2 Si animal sit datum in socidam, periculū est domini ⁊ pastoris.
3 Si in mutuo pecunie in quo est translatum dominium creditor ex pacto habet principalem vtilitatem, ad eum spectat periculum illius pecunie: dato ꝙ dominium sit translatū in ipsum debitorem. ⁊ dato ꝙ sit debitor quantitatis, que perire non potest.
4 Qui tenet̃ ad custodiam rei ratione publici vel priuati officij, non sufficit ꝙ probet interitum: nisi etiā probet casum fortuitū.
5 Quando verba. l. referuntur ad iudicem, oritur officiū iudicis: et non actio.

1 SI pascenda. † Pactum inter pastorē et dñm pecorū, vt fetus nascituri inequaliter diuidant̃, validū est. h. d. Et qño talis inequalis conuentio valeat habes tex. cum glo. in l. si non fuerint. in princ. ff. pro so. ⁊ quia ista. l. tractat de animalibus datis in socidā. vltra plures qōnes positas p Ang. de peru. in tractatu societatis ⁊ socide. in scđa parte pn. ¶ † Quero si
2 animal datū in socidā pereat, cuius sit periculū. Cōclude ꝙ si dñs retinuit dominium, eius est periculum: per regulam. l. pignus. C. de pignor. acti. nisi dolus vel culpa pastoris interuenerit. Si vero dominium est trāslatum in pastorem, quia datū est estimatum. l. quoties. C. de iure do. tunc licet videtur dicendum ꝙ periculum debeat esse pastoris, per regulam. d. l. pignus. tamen est commune pastoris ⁊ domini: text. est in. l. cum duobus. §. damna. ff. pro soc. ſm Bal. Salice. et Moder. hic. et Bald. in. l. j. in viij. q. C. pro soc. ⁊ in. l. j. C. de fruct. ⁊ lit. expen. ¶ Et si dicis dominium est pastoris ergo etiam eius debet esse periculum. d. l. pignus. rñde no. ſm Bal. hic melius q̃ in locis predictis: qđ esset verum si tota vtilitas ad eum spectaret: sed quia vtilitas est communis: ita periculum est cōe. ⁊ licet Bal. nihil alleget: alle. tex. meliorem de iure in. l. titius. ver. sed nec ipsius. ff. de prescrip. ver. quē Pau. de cast. ibi dicit esse singularissimum ⁊ mirabilē ⁊
3 nescire alibi cōcordantē: vbi est tex. † ꝙ in mutuo pecunie in quo translatum est dñium, tamen si creditor ex pacto habet principalem vtilitatē, ad eū spectat periculum illius pecunie: dato ꝙ dominiū sit trāslatū in ipsum debitorē. Item ⁊ fortius dato ꝙ sit debitor quātitatis, que perire nō potest. l. incendiū. C. si cer. pet. Teneas cordi illū tex. quia valde solēnis est: itē vide qđ decidit
4 Bal. in. l. si. patruus. in vlti. q. C. cōia vtri. iudi. ¶ † Item adde ꝙ decidit Bal. in. l. cum ita. §. species. ad fi. ff. de lega. ij. ꝙ ei qui tenet̃ ad custodiā rei ratione publici vel priuati officij, non sufficit
a pbare[a] interitum, nisi etiam probat casum fortuitum. ⁊ ideo non sufficit pastori vel caprario portare pelles animalium, q̃ꝙ p hoc constet de interitu. nisi pbet casum fortuitum. puta mortalitatis vel similem. sequit̃ do. Alexan. in consi. clviij. in. ij. vol. qđ incipit in causa ⁊ lite vertēte inter Ludouicū. ¶ Scđo pondera tex. ibi:
5 per iudicē compellet̃. tex. ꝯ regulam glo. ⁊ do. † ꝙ qñ verba legis referunt̃ ad iudicē, oritur officium iudicis, ⁊ nō actio: gl. in. l. si sor. C. de colla. ⁊ in. l. si res obligata. ad fi. ff. de leg. j. Bar. melius quā alibi in. l. vnica. in. iij. col. ff. de condit. ex. l. facit. l. metū. §. sed qđ pretor. ⁊ ibi Barto. not. ff. ꝙ met. cā. ⁊ vide ꝙ per hāc regulā decidit Bar. in. l. solēt. in. ij. co. ff. de ali. le. ⁊ in. l. cū satis. in. ij. col. C. de agri. ⁊ cen. lib. xj. nā hic verba expresse referunt̃ ad iudicem. ⁊ tamen oritur actio. vt in glo. approbata per omnes: nisi respondeatur, ꝙ verū videtur qñ verba. l. referuntur ad iudicem in futurum: ⁊ ita loquuntur omnes glo. ibi ⁊ doc. in locis preal. secus si in presenti: ⁊ ita loquit̃ iste text. ¶ Capio gl. in verbo compellet̃. ibi si voluerunt esse socij. adde, qđ presumit̃ quando dñium est cōmunicatum inter eos. l. si id qđ. ff. pro socio. vel quādo sumus in dubio. l. si tibi aree. ff. de prescri. ver. ⁊ diffuse per do. Alexan. hic ad quem te remitto: sed si dominium esset in totum translatum in pastorem, cum pacto de quo in hac. l. tūc nō esset societas: de cuius natura est non transferre dominium in totū. vt clare dicit text. in d. l. si tibi aree. in prin. ⁊ sic esset cōtractus innominatus do vt facias, vt ibi in glo. Item ad istam glo. dum tractat qua actione compellatur: vide notabiliter Ang. in consi. cciiij. incipien. visa dicta scriptura. ⁊ intellige ⁊ declara vt ibi per eum. Iason.

a ¶ Nō sufficit probare. Adde Ioān. an. in. c. auditis. de prescrip.

b ¶ Dictio irritū. Adde Spec. tit. de teste. §. iij. ꝟ. est ⁊ alia.

1 ☞ Remittens ius qđ quis habet ex sententia, per dolū aduersarij, illud non perdit.
2 Promittens nō mouere controuersiam, quando dolus nō interuenit, intelligitur facere pactū de nō petēdo, nec in iudicio nec extra: nec de iure nec de facto.
3 Dolus dans cām pacto liberatorio, non annulat ipso iure.
4 Pactū initum dolo mero iure valet sed potest rescindi.
5 Dictio irritum est: non semper importat ipso iure, nisi virtute geminationis,
6 Ex pacto de non petendo oritur obligatio naturalis.

1 CUm posteaq̃. † Remittens ius qđ qs habet ex sentētia per dolum aduersarij, illud non perdit. h. d. Et pone sic casum. mater mea vendicabat quosdā seruos a te, tanq̃ suos. lata fuit snīa pro ea. post snīam tu dolo induxisti matrē meā pro aliquo minimo sibi dato, vt tibi promitteret sub pena qđ nullam amplius controuersiam tibi moueret de istis seruis: ⁊ deciditur vt in tex. ꝙ pactum est nullū. ¶ No. ex tex. ibi nullā esse cōtro
2 uersiam. ſm Bal. ⁊ Sali. † ꝙ promittens non mouere cōtrouersiam, qñ dolus non interuenit, intelligitur facere pactū de nō petēdo. tu dic ꝙ plus operant̃ ista verba. qđ intelligitur nec in iudicio nec extra. ⁊ sic etiā ante litē conte. Item intelligitur qđ nec de iure nec de facto: ſm Bar. in. l. amplius nō petitū in. ij. colū. ff. rem ra. ha. ⁊ aliquid in. l. lucius. §. tres heredes. per illū tex. cum gloss. ff. ad trebel. ⁊ in l. diuus. ff. de peti. here. Bal. in. l. j. C. de testi. ⁊ in addi. Spe. in tit. de emp. ⁊ vē. in versi. cōtrouertia. ⁊ in. l. j. vbi etiā Ang. C. de prescrip. lon. tempo. ⁊ in. l. causas. ī. ti. j. Sali. i. l. q fundum. ī. tit. j. do. Anto. de bu. in. c. si diligenti. de prescrip. d. Alex. in. ꝯsi. lij. in. ij. volu. qđ incipit. viso testamento Bartolomei. ⁊ talis promissio cōmittitur etiā per oppositionē exceptionum. l. non solum. §. si status. vbi Bar. ⁊ doc. ff. de pcu. ⁊ Bal. i. l. j. C. de test.
3 Ang. i. l. eum qui. ephesi. ⁊. §. qđ exigimus. ff. de cōst. pe. ¶ † Scđo no. ꝙ dolus dans causam pacto liberatorio, non annullat ipso iure. ratio quia fit super actione iudicati, ⁊ sic stricti iuris. Nam liberatio regulatur secundū naturam cōtractus super quo interponitur. ſm Bart. l. et eleganter. post princi. ff. de dolo. ⁊ i. l. de tutela. vbi etiā Bal. C. de integ. resti. mino. Dicit tñ singu. Bal. nec alibi legi in. c. j. in vlt. col. de plus petitio. ꝙ de iure cano. oēs ꝯtractus sunt bonefidei, quantum ad effectū: vnde semper de iure cano. dolus dās cām cuicūq; ꝯtractui, reddit eū ipso iure nullū: quia non inueni tex. de iure cano. facientē substantialem differentiam inter ꝯtractus bonefidei ⁊ stricti iuris. ⁊ isto mō. §. actionū. institu. de acti. non haberet effectum de iure cano. Ego dubito quia quando nō tractatur de materia peccati, aut de materia spirituali, ius ciuile qđ nō reperitur immutatū p ius canonicū, procedit etiam in foro canonico: ita no. doc. in. c. fin. de solut. not. in. c. j. et. ij. de oper. nonun. ¶ Tertio pōdera tex. in verbo irritū est: ꝙ cum sit presentis tēporis, intelligitur ipso iure. glos. in. l. in criminali. cū fi. C. de iur.
4 om. iudi. ⁊ tñ postea in fi. tex. dicit liberabit. ⁊ patet, † quia pactum initum dolo mero iure valet: sed potest rescidi. l. dolo, vel metu. C. de inutili stipu. rñdet Sali. qđ verbū presentis temporis intelligitur ipso iure, nisi verba que sequūtur aliter inducant. Adde ꝙ eādem doctrinam tradit panor. in. c. quisquis. de electio. per gloss.
5 in. c. inolita. in glo. prima. in fi. xj. q. j. † tu dic ꝙ dictio irritum[b] est
b nō semper importat ipso iure. tex. est in auť. ex causa. in ver. irritum est. C. de libe. prete. vel exhere. ⁊ ibi Bal. in. iij. col. dicit ꝙ est generale, ⁊ potest intelligi ipso iure, ⁊ in effectu, ⁊ dicit̃ irritum. i. sine ritu seu solēnitate. ⁊ idē Bal. in auť. nō licet. eo. titu. ¶ Fallit virtute geminationis, qñ diceretur est irritū ⁊ cassum: tunc bene intelligitur ipso iure vt vult glos. singu. in auť. cassa. in glo. j. C. de sa. san. ecc. no. Bal. in. l. nō dubium. in. vj. no. per illū tex. C. de legi. Imo fortius verba futuri temporis si sint geminata, intelligūtur ipso iure. si dicat̃ irritentur ⁊ cassentur. Ita singu. no. Bald. in ti. de pace cōstan. in. x. col. in verbo ⁊ in irritum deducat̃. ¶ Ultimo not. ex textu in fin. ibi liberabit. secundum Cy. Bald. Ange. Sal. ⁊ Fulg. hic tex. expressiorem de iure quod ex pacto de non petendo oritur obligatio naturalis: quia qui promittit, obligatur naturaliter: alias male diceret textus in fin. liberabit. si non esset aliqua obligatio. De quo habetis per Barto. et alios vbi est locus suus in lege si vnus. §. pactus ne peteret. ff. eodem.

1 ☞ Pactum appositum iuxta traditionem dotis, vestit̃ coherētia ipsius traditionis, ⁊ actionem producit.
2 Regulariter pactum nudum non producit actionem.
3 Pactum nudum appositum iuxta traditionē, vestitur coherentia traditionis, ⁊ actionem producit: dūmodo incontinenti apponatur ⁊ traditio sit voluntaria.
Ex pacto apposito iuxta traditionē oritur vtilis certi condictio.
4 Maritus fuit cōfessus recepisse dotem, ⁊ promisit restituere patri stipulanti pro filia propria, immediate fit aliud instrumentū, in
5 quo continetur promissio dotis dande viro: non obstante confessione, an ex primo instrumento adueniente casu restitutionis dotis filia possit petere dotem.



Legem quam. Ista lex fuit alte cōmentata & repetita per Sal. hic: & in aliquib⁹ lect. fuit repetita per Bar. sed non est proprie repetitio Bar. Et divide in quatuor ptes que clare patent in litera. scda ibi: nec obesse. tertia ibi: tūc enim. quar
1 ta ibi: alioquin. h. d. ¶ † Pactum appositum iuxta traditionem dotis, vestitur coherentia ipsius traditionis, & actionem producit h. d. & istū text. habes de verbo ad verbum. in. l. j. de pact. conuen. Not. primo ex text. ibi. seruari oportet: q᷑ ista verba qñ proferunt a. l. ciuili intelliguntur vt producant actionem & exceptionem. fa. cit. l. statuas. ff. de acquir. re. do. secus qñ proferuntur a. l. pretoria: sic intellige. l. iurisgentiū. §. pretor ait. ff. eo. & quis Bar. ibi multum dubitauerit etiam si in. l. pretoria adijceret dictio oīno. que est pci sa: q᷑ diceret oīno seruent. text. est quem ad hoc specialiter pondero in. l. pe. in verb. omnimodo obseruanda. j. eo. Et ista conferunt
2 ad intellectum. c. j. extra eo. ¶ † Scdo not. q᷑ regulariter pactum nudum nō producit actionem: fallit in multis casibus quos enumeraui in. l. lecta. ff. si cert. pet. solent poni in. l. iurisgentium. §. sed cum nulla. vbi etiam plenius posui. ff. eod. ¶ Tertio no. regulam
3 † pactum nudum appositū iuxta traditionem vestitur coherētia traditionis, & actionem producit: dūmodo incontinenti apponatur, & traditio sit voluntaria: vt statim dicā: et in hoc differt in tribus a vestimento rerū interuentu: q᷑ illud habet locū solū in contractib⁹ innoīatis, siue traditio fiat tūc, siue ex interuallo, siue voluntarie, siue ex necessitate. Ista differentia est ex mente Ange. in d. l. iurisgentium. §. quinimo. in. ij. col. Jaco. but. & Pau. de cast. in l. in traditionib⁹. ff. eo. O dof. & d. Alex. quicqd dicāt & male Bar. et Ange. in. d. l. in traditionib⁹. Cy. in. l. ij. in. ij. q. C. de euic. & in. l. si tibi. in fi. per illū tex. C. loca. Et per hoc male dicit glo. hic in verb. conuenit q᷑ hoc pactū nudum fuit vestitū rei interuentu: imo coherentia traditionis. ¶ Limita predictā regulam / qñ traditio est voluntaria: tūc bene vestit pactum incontinēti appositū: secus si traditio fieret ex necessitate precedentis obligationis vel ɔtractus. glo. est no. & magistra in. d. l. in traditionibus. quam reputāt singu. Ang. & Imo. in. l. si cuz dotē. in princ. ff. solu. mat. Et limita duob⁹ modis vt ibi per. d. Alex. in. v. col. ¶ Glo. in ver. legem. dividitur in duas partes. In prima timore taciti contrarij. gl. exponit tex. In secunda declarat qualiter facta fuerit ista conuētio ibi: et fuit hec conuentio. In prima ergo glo. exponit legem: id est cōuentionem. Ideo sic exposuit glo. q᷑ ad priuatum non spectat facere leges. l. j. & l. fi. C. de legi. Imo mulieres nō pñt interesse quando fiūt leges. Nec possunt cōsuetudines inducere: vt pbat text. in l. j. in verb. virorū. ff. de legi. ¶ Pro ista expositione allegatur glo. l. j. ff. depo. in. §. si conueniat. mihi videtur q᷑ illa lex ineuitabiliter obstet ɔ̄ glo. vt ista expositio fieri nō possit. Dicit eñ ibi tex. ɔtractus ex cōuentione legē accipiūt: si ibi intelligeret legē. i. cōuentionem. esset barbara & inepta locutio: & esset dicere conuentionez ex conuentione accipiūt. Et ppterea per illū tex. debet stare proprie l. in isto tex. Et quamuis priuatus non possit condere. l. que sit iuris: tñ potest apponere. l. priuatam rei sue. ¶ Capio glo. fi. in verb. condictio. quā diuide in quatuor. ¶ In pria timore taciti ɔ̄ij duplicter intelligit tex. put duplr habet. Quod ɔ̄rium sic forma. nā
4 tex. vult: q᷑ ex pacto apposito iuxta traditionez oriat vtilis certi condictio: ɔ̄ imo oritur actio prescri. verb. l. rebus. j. de re. permu. gl. respondet ꝗ habeatur cōditio fine litera c: idē importet q᷑ conuētio: prout credo q᷑ capiat in. d. l. debitor. in verb. ea conditione. ɔ̄. eo. et tunc non denotat nomē actionis: & sic cesset obiectuz. Si habeatur cōdictio per c: et tūc cōponit a cō: q᷑ est simul/ et dictio: eo q᷑ ista simul tāta interpellatio que in actionib⁹ personalib⁹ requirebat. §. appellamus. insti. de act. declaraui in. l. certi cōdictio. in prin. ff. si cer. pet. & tūc pōt intelligi de certi condictione generali, que cōcurrit cū actione prescri. verb. ¶ In scda que est ibi: & dic condictio vtilis. glo. timore alterius taciti ɔ̄ij exponit tex. & illud ɔ̄rium est tale: nam tex. vult ex pacto apposito iuxta traditionem oriri vtilē actionez ɔ̄ imo orit directa: iuribus alleg. in glo. gl. fatetur: & per hoc exponit text. vtilis: id est efficax. ¶ In tertia que est ibi: sed contra. j. loca. gl. fortiter oppo. ɔ̄ tex. & se remittit. ¶ In quarta & vltima que est ibi item no. glos. per viā notabilis format tres qōnes de quibus se remittit. ¶ Redeo ad tertiā partē in qua oppo. de. l. si tibi. C. loca. vbi aliquis soluit pecuniaz pro colonis: tem pore solutionis, et sic traditionis apposuit pactum q᷑ dñs redderet: dicit ibi tex. ex illo pacto nō potest agi: ergo non vestitur coherentia traditionis. Bar. respōdet / q᷑ pactū appositū iuxta traditionem vestitur in fauorē tradentis, vt hic: sed non in dānum tradētis: vt in ɔ̄rio. q᷑ nihil est. Vera solutio est / q᷑ ibi ille soluit creditorib⁹ colonorum: & fecit pactū cuz dño fundi cōducti: ideo pactū non vestit coherentia traditiōis. q᷑ nō est factū cū illo cui pecunia est tradita: sed cū alio: ista est vera: reiectis alijs solutionibus.
5 ¶ Extra glo. Bart. hic format notabilem. q. quam dicit pendere de facto. † Maritus fuit confessus recepisse dotem, promisit restituere patri stipulanti pro filia, ppria, immediate fit quoddā aliud instrumentum, in quo continetur promissio dotis dande viro: nō obstante ɔfessione, an ex primo instro adueniēte casu restōnis dotis: filia possit petere dotez: & determinat q᷑ non: qñ scdm instrm fuit factum incōtinēti / put presuppo. in themate: q᷑ ɔctus posterior cōnexus primo ei derogat. l. j. §. fi. ff. de stip. seruo. secus qñ sequens contractus fuisset factus ex interuallo: dic totum econtra fm do. Alex. in. l. penul. §. j. ff. solu. matri. Et ante eum do. Abb. in consi. xxiij. in. ij. volu. in causa que ad presens vertitur in dominaz Floridam. in. iij. colum. Jason Padue.

1 ☞ Pactū non porrigit effectum nisi ad eū cuius interest.
2 Estimatio rei dotalis vel alterius rei in dubio facit emptionez: nisi in certis casibus vt. j.
3 Quando fundus datur estimatus in dotez, intelligitur datus cū omnibus oneribus & obligationibus suis: nisi pactuz expressum sit in contrarium.
4 Non solum ex toto instrumento, sed ex qualibet eius parte inducitur probatio.



Ex conuentione. Diuidit in duas partes. In prima loquit quando res dotalis fuit data inestimata, vnde cuz soluta mat. reuertatur ad nouercā, & sic ipsa teneat satisfacere creditori fundi de vsuris: ideo stipulatio de releuādo maritū a talibus vsuris, non transit ad eius heredē: q᷑ nihil interest sua. In scda loquit qñ res dotalis datur estimata / & sic facit emptionē: & sic non reuertit amplius ad nouercaz. scda ibi: sed si fundus.
1 h. d. † Pactum non porrigit effectum nisi ad eum cuius interest.
2 h. d. ¶ † Not. q᷑ estimatio rei dotalis vel alterius rei in dubio facit emptionem, concor. l. si. cum gl. & l. quoties. & l. si inter. C. de iure do. habetur in. l. si estimatis. ff. sol. ma. cū alijs concor. de quib⁹ per do. Alex. ¶ Limita istam regulam quatuor modis. Primo fm Cy. Bal. & Sali. hic: quando fit ad finem vt faciat emptionē, secus si solum ad fin. cognoscendi valorem rei: vt possit probari si postea fundus per maritū dānificatur: vt not. doc. in. d. l. si estimatis. & in dubio vbicunqz fit mentio precij, talis estimatio censetur facta vt faciat emptionē. glo. est valde not. in. l. si inter virū. et ibi Bal. C. de iure do. intellige qñ precium corresponderet valori rei, alias secus. glo. est valde sing. in. l. j. §. j. ff. de suspi. fm Bal. & Sal. hic: & Bal. in. l. j. in. iij. q. C. cōmo. do. Frā. de are. in cōsil. lxxiij. q᷑ incipit diligēter ponderatis. ¶ Scdo. not. limita dictā regulam, vt procedat quādo estimatio fit a prin. in ipsa rei traditione: tunc bene facit emptionē: secus si postea fieret ex interuallo. fm Bal. et Sali. hic. ¶ Tertio limita in animalibus datis in socidam estimatis: talis estimatio non facit emptionem, ex quo emolumentū non spectat in totum ad pastorem: fm Bald. in. l. si pascenda. vbi dixi. s. eo. & in addi. Spec. in tit. de loca. in. ij. col. ad fi. in versic. estimatis bonis datis in socidā. ¶ Quarto singulariter limita, & hāc teneas cordi / q᷑ estimatio rei dotalis facit emptionez, quādo maritus est soluendo: als secus: ita Bal. & Salic. in. l. interest. ad fi. C. de vsufru. moti precipue per gl. singu. in simili. in. l. in rebus. in princip. C. de iure dot. Imo. in. l. si estimatis. in prin. ff. solu. matr. q᷑ tu intellige vt notabiliter limitat Bal. hic: in. ij. opp. & ita als in contingētia facti obtinui in ciuitate Mediolani. ¶ † Scdo no. ex hoc
3 tex. q᷑ qñ fundus datur estimatus in dotem, intelligitur dat⁹ cū oibus oneribus & obligationib⁹ suis: nisi pactum expressum sit in contrarium / vt hic: quod intellige & limita vt per Bal. & Sal. hic.
4 ¶ † Tertio no. ex hoc text. ibi: ita vt pars instrumēti. q᷑ nō solum ex toto instrumēto, sed ex qualibet eius parte inducitur pbatio: ita no. Bal. & Sall. hic: q᷑ videt facere cōtra ea que tenet Bar. in rub. ff. de ope. no. nun. in viti. col. Cano. in. c. j. de proba. et in. c. contingit. de fide instrum. & est similis tex. in. l. j. C. fine cen. vel reliqui. ¶ Capie glo. antepe. quā diuide in tres. In prima assignat rationem in text. In scda timore taciti ɔ̄ij exponit tex. In tertia opponit contra tex. & dupliciter sol. scda ibi: & dic ex vendito. tertia ibi: item contra. In fi. glo lz gl. & Bar. teneāt scdam solutionē, & sit vera in se: tñ nō tollit ɔ̄rium: ex quo in vtraqz. l. querit an hoc pactū valeat cōtra ptātem: cōiter tenetur. ij. sol. ibi posita in glo. ita tenent Odof. Cy. Bal. Sall. & cōiter moderni hic.

1 ☞ Vltima pacta valent & derogant prioribus.
2 Constitutio generalis derogatoria, non tollit actus iuratos precedentes.
3 Vltima derogant prioribus q᷑ habet locū in vltimis volunta. in pactis: codicillis: in ɔctibus: in senten. interlo. in constit. procuratorum: in rescrip. in iuramentis: in legibus: in statutis: in consuetudi. in fama: in mora: in opinione.
4 Clausula precedēs an sit maioris efficacie ad determinationez sequentium & econtra.
5 Que fiūt in iudicio sunt maioris roboris & firmitatis, ꝗ que fiunt extra iudicium.
6 Vbi decretū iudicis interuenit: oīa pꝛ̄sumunt rite & recte pcessisse.

7 Propter autoritatē iudiciariā oīa presumunt̄ solenniter ꝓcessisse dato q̄d iudex sit vnus ribaldus.
8 Ubi decretū superioris est interpositū in alienatione vel alio contractu ecclesie, censetur factus in vtilitatem ecclesie.
9 Tutor dicit̄ cōtrahere cū pupillo palam ⁊ bonafide, qū facit contractum in presentia iudicis.
10 Quos effectus operatur presentia iudicis.
11 Queadmodū in vltimis voluntatibus verba derogatoria apposita in primo testa. impediūt sequentia, nisi specialiter reuocet̄ illa derogatio: idem etiam fit in contractibus.
12 Protestatio verbalis non tollitur per alium actum verbalem.
13 Matrimo. cōtractum metu, est ipo iure nullum: nec est necesse q̄ rescindatur per actionem q̄d metus causa.
14 Simulatio contractus qualiter probetur.
15 An protestatio in futurum cōcepta impediat matrimonium.
16 Si vltramōtanus portat literas sui episcopi, qualiter est cleric⁹/ an faciant fidem.


Acta nouissima. Premitte ad euidentiaȝ triplicem
speciē pactorū: vt hic ꝑ Barto. ⁊ melius Bal. Salic. et
Pau. de ca. Et dicit Bal. hic iuxta principiū q̄d Bar
to. ⁊ alij in hoc euidentiali improprie loquunt̄: ⁊ cū eo simil'r tenet
Pau. de ca. Ita figura casum in hac. l. vt facit Cyn. ¶ Et diuide
istaȝ. l. in duas ptes. In pria ponitur decisio in gnē. In scd'a infer
tur ad spēm. scd'a ibi: quapropter. Hoc dicit in pactis ꝯtrarijs seu in
cōpatibilib⁹: vltimū pactū seruādū est, et censet̄ maioris efficacie
si sit pactū in iudicio. h. d. figura casum in terminis: vt ꝑ Cyn. hic.
1 ¶ † Not. j. in specie regulā/ q̄d vltima pacta valēt ⁊ derogāt prio
ribus/ vt hic: ⁊. l. si vnus. §. pactus ne peteret. ff. eo. ¶ Limita, nisi
primū pactū esset iuratū: istud non inuenio ab aliquo in specie ta
ctum/ sed ꝓbo. Naȝ qū primū pactū hȝ verba derogatoria ad se
quētia pacta, nō tollit̄ per sequēs: vt hic in glo. j. ab oībus appro
bata: sed sic est q̄d iuramētū hȝ vim ỽborū derogatorioȝ, adeo q̄d
sequēs actus nō valeat sine spāli reuocatione. Jo. andr. in regula
q̄d semel. in mercurialib⁹. Bar. in. l. si q̄s in ꝑncipio testamēti. cir
ca fi. ꝑncipij. ff. de lega. iij. ⁊ in. l. oēs ppli. in. iij. q. iij. q̄ōnis principa
lis. ff. de iust. ⁊ iur. ꝑ tex. in. l. cum pater. §. filius matrē. ff. de lega. ij.
¶ Cōfirmo ꝑ illud q̄d vult glo. singu. in. c. cū nō deceat. in glos. fi.
2 de ele. in. vj. † q̄d cōstitutio gnālis derogatoria, nō tollit act⁹ iura
tos ꝓcedentes: quā glo. ꝑ singulari no. ⁊ sequit̄ Ange. in. l. j. §. que
onerande. ff. qua. re. actio nō datur. facit bonus tex. in. c. ꝯstitutus.
de rescrip. facit q̄d vult glo. no. in cle. dudū. §. fi. in ver. pacta. de se
pul. Sed ad primū fundamentū posses tu prouecte subtiliter dice
re, q̄d est verū in se, sed nō ad terminos huius. l. q: in ista. l. secundū
pactū fuit factū apud acta, vñ si fuisset in actis insinuatū, haberet
vim reuocatiōis clausule derogatorie: vt sing. tenet Bal. in. l. san
cimus. C. de testa. ⁊ ibi sequunt̄ Fulg. ⁊ Pau. de ca. lȝ Alex. repro
3 bet ibi dixi de hoc vltimo. ¶ † Scd'o gnālius no. ex hac. l. q̄d vlti
ma derogent priorib⁹: ista regula procedit in pactis: vt hic: adde
tex. in. l. j. §. fi. ff. de stipu. seruo. ⁊ in. l. clari. ⁊ ibi Bal. C. de fideicom.
¶ Scd'o ꝓcedit in vltima volūtate. l. iij. §. pe. ff. de adi. le. et hoc in
glo. in. l. hac cōsultissima. §. si q̄s autem. ⁊. l. sancimus. C. de testa. c.
cū marthe. de celebra. mis. glo. not. in. c. j. de cōsti. in. vj. Adeo q̄d in
vltio testō semꝑ inest tacite clausula cassans ⁊ irritās, etiaȝ aliud
testm̄ ꝓcedēs: ⁊ sic supfluo ponit̄ illa clausula a notarijs/ s'm Bal.
in. l. fi. in. v. q. C. de edi. di. adri. tol. ꝓbat tex. in. d. l. sancimus. in ver.
ipso iure. ⁊ in. §. pe. insti. quib. mo. test. infir. ¶ Tertio ꝓcedit etiaȝ
in codicillis, nam vltimi tollūt priores ꝯrios. l. cum ꝓponatis. vbi
gl. ⁊ Bar. C. de codicil. ¶ Quarto ꝓcedit in ꝯctib⁹. l. cū in plures.
§. locator horrei. ff. loca. ⁊. d. l. j. §. fin. ff. de stipu. seruo. ⁊. d. l. clari. C.
de fideicō. adeo q̄d in ꝯctibus nō est necesse apponere illa ỽba cas
santes ⁊ irritātes oēm aliuȝ ꝯctū precedētē. q: hoc tacite itelligit̄.
tex. est quē Bal. ibi ad hoc reputat sing. in. c. j. de trāsact. ¶ Quin
to hȝ locū in sententia interlocutoria. l. q̄d iussit. ff. de re iudi. secus
tamen est in diffinitiua. l. j. C. qū ꝓuo. non est neces. intelligendo vt
per Bar. ⁊ alios in. l. nā posteaq̄. §. si dānetur. ff. de iureiur. per Ca
no. in. c. inter monasteriū. de re iud. ¶ Sexto hȝ locum in constitu
tione ꝓcuratorū. l. si q̄s cū ꝓcuratorio, in fi. ff. de ꝓcu. ¶ Septimo
ꝓcedit in rescriptis. c. ceterū. de rescri. plene no. in. c. j. e. ti. ¶ Octa
uo locū habet in iuramētis. l. duobus. §. fi. cū. l. seq. ff. de iureiuran.
¶ Nono ꝓcedit in legib⁹. l. sed ⁊ posteriores. ff. de legi. gl. in. c. j. de
cōsti. in. vj. ¶ Decimo ꝓcedit in statutis. s'm Bart. in. l. si certarū.
§. fi. ff. de testa. mili. ⁊ in. l. oēs popul. in vlti. q. iij. q̄ōnis princ. ff. de
iusti. ⁊ iure. ¶ Undecimo hȝ locū in consuetudinibus: nā vltima
cōsuetudo si sit perfecta seu ꝑscripta derogat ꝓcedētibus: glos. est
not. in. l. nemo alieno nomine. §. temporalis. ff. de reg. iur. no. Bal.
in. c. j. de feu. cogni. in vsi. feudo. ¶ Duodecimo hȝ locuȝ in fama.
q: vltima fama tollit priorem. l. si mater. vbi gl. C. ne de sta. defun.
Bar. in. l. fi. C. si ser. aut libe. li. x. ⁊ in. l. is pōt. in. x. col. ff. de acq. her.
Bal. in. l. sacrosancte. in fi. C. de sac. sanc. eccle. ⁊ in. l. fin. ff. de termo.
et in. c. cum inter. R. seniorē. de elec. ¶ Tertiodecimo ꝓcedit quā
tum ad moram: vltima eīn mora nocet. l. illud. ff. de peri. ⁊ ꝯmo. rei
vēdi. l. si seruū. §. sequit̄. ff. de ỽbo. obl. ¶ Quartodecimo ⁊ vltimo
ꝓcedit qū plures opi. referunt̄ a legislatore, vel a glo. vltima in du
bio censet̄ approbari alijs reiectis. Ita not. Bart. in. l. bona fides.
per illū tex. cū glo. ff. deposi. glo. in. l. qui filiū. §. sabinus. ff. ad treb.
Not. Bal. in. l. si mater. per illū tex. C. de statu defun. facit tex. in. §.
itē preciū. ⁊ ibi Ang. de are. ad hoc no. insti. de emp. ⁊ vend. ⁊ in si
mili tex. no. in. l. mela. §. j. ff. de ali. lega. Bal. in aut. ex testō. in. ij. co
lū. C. de coll. vbi idē dicit de dictis Inn. ⁊ refert Jo. an. in. c. j. de pe
nis. in. vj. in nouel. q̄ Host. asserebat se viua voce audiuisse Inno
cen. idē dicentē. ⁊ vlti. oppo. videt̄ per eū approbari. Istud limitat
do. Fran. de are. in cōsi. clxiij. q̄d incip. diligenter ⁊ mature discus
sis. qū prima opi. saperet equitatē, scd'a merū rigorē, tūc prima cen
setur approbata/ ⁊ non scd'a: allegat ad hoc glo. pro no. in. l. si cum
4 exceptiōe. §. sed ⁊ si q̄s. ff. q̄d me. cau. † ¶ Alibi tū habemus q̄ cla
precedens est maioris efficacie ad determinationeȝ sequētium/ q̄
ecōtra. Ita no. Bar. in. l. si quis in principio. ff. de leg. iij. Bar. in. l.
auia. in ꝑn. ff. de cōdi. ⁊ demō. ⁊ in. l. si q̄s ex argētarijs. §. si initiuȝ.
in. j. col. ff. de eden. Mathesi. in no. clj. Lud. ro. in ꝯsi. ciiij. incip. pa
ter reuerēde. ⁊ in ꝯsi. cccccij. inci. diligēter inspectis. in. j. col. Pau.
de ca. Fulg. ⁊. d. Alex. in. l. j. C. de lib. prete. Alex. in ꝯsi. lj. in. iij. vol.
viso themate supiascripto. bene facit quod egregie dicit Jaco. de
are. parmensis. in. l. iiij. §. si ab ignoto. ff. de manu. q̄d per ꝯctū pre
cedentē melius probat̄ simulatio sequētis ꝯctus q̄ econtra: ⁊ euȝ
refert et sequit̄ Bal. in rub. extra eo. de pac. in. j. col. Ad idem bene
facit, q: conditio adiecta in institutione intelligitur repetita in le
gato postea facto. l. duos. ⁊. l. auia. ⁊ ibi Bar. ff. de cōdi. ⁊ demon.
secus si legatū precedat. l. si filiū. in prin. ⁊ ibi glo. ⁊ Bar. ff. qū dies
leg. ced. ¶ Tertio not. ex text. ibi: ⁊ maxime si apud acta presidis.
5 ad † ea que fiunt in iudicio. hinc dicunt Bal. Sali. Pau. de cast. et
do. Alex. hic: q̄d p̄ntia iudicis inducit magnā presumptionē pro
his que corā eo agunt̄, et presumit̄ dolus ⁊ metus abesse vbi decre
tum iudicis interuenit: per. l. j. C. de predi. decuri. lib. x. facit. l. trās
actione. vbi doc. j. tit. j. in. ij. ¶ Cōfirmo prio regulā quā tradit no.
6 Spe. in ti. de emp. ⁊ ven. §. nūc dicendū. ver. ⁊ breuiter. † q̄d vbi de
cretū iudicis interuenit, oīa ꝑsumunt̄ rite et recte ꝓcessisse. seq̄tur
Bal. in. l. cū hi. §. si pretor. ff. de trāsa. ⁊ in. c. in p̄ntia. in vlti. colū. de
renun. cū alijs cōcor. quas allegat. d. Alex. in ꝯsi. ccxlv. q̄d inci. vi
sis scriptis mihi trāsmis. in. iij. col. al's cōsi. ciij. in. ij. vol. ¶ Scd'o fa
7 cit q̄d not. Bal. in. c. sicut. in. ij. col. de re iud. † q̄d propter autorita
tem iudiciariā oīa presumunt̄ solēniter ꝓcessisse, etiam si iudex sit
vn⁹ ribaldus: q̄d reputat tenē. mēti. ¶ Tertio facit q̄d sing. mul
8 tū vult Bal. in. c. j. in. ij. col. de his qui feu. dare pos. † q̄d vbi decre
tū superioris est interpositū in alienatione vel alio contractu eccle
sie, censet̄ factus in vtilitatē eccl'ie: q̄d dictū reputat egregiū/ ⁊ seq
tur do. Alex. in ꝯsil. lxxix. q̄d incip. circa primū de quo querit̄ scilȝ
corā quo dño. in. viij. col. in. j. volu. adde Bal. idem tenentē in. d. c.
sicut. circa fi. alibi dicit Bal. in. c. j. in vlti. col. de cōsir. vti. vel inuti.
q̄d vbi adest decretum iudicis, ibi presumit̄ q̄d nulla deceptio in
teruenit. ¶ Quarto facit q̄d singu. dicit Bart. in. l. frater a fratre.
9 in. xvj. col. ff. de condi. inde. † q̄d tutor dicitur ꝯhere cū pupillo pa
lam ⁊ bonafide: iux. l. non existimo. ff. de admi. tut. ⁊ in. l. cū ipse. C.
de ꝯhen. emp. qū facit ꝯctum in p̄ntia iudicis. q̄d valde no. ⁊ mul
tum pōderat ⁊ sequit̄ Imo. in. l. j. §. fuit quesitū. in. iij. col. ff. ad tre
bel. ⁊. d. Alexā. in. l. trāsactiōe. in. ij. j. de trāsac. ¶ Quinto facit q̄d
no. Bar. et Bal. in. l. j. C. de ꝑdi. decuri. lib. x. per illū tex. in ver. im
moderat⁹ vēditor ⁊c. q̄d vbi in cōtractu venditiōis interuenit de
cretū iudicis, nō pōt rescindi vēditio tanq̄ sit facta citra dimidiā
iusti precij, beneficio. l. ij. C. de rescin. vend. Et istud sequit̄ Angel.
in consi. cxxix. q̄d incip. tutor vxori. in fi. Tamen hoc vltimū cōiter
reprobatur per Imo. ⁊ alios Moder. in. l. si quis cum aliter. ff. de
verbo. oblig. Imo. in. l. precia rerū. vbi. d. Alex. in. iiij. ⁊. v. col. ff. ad
leg. falci. Panor. in. c. cū causa. in. ij. col. de emp. ⁊ vend. ꝑ text. in. l.
ij. C. de fide instru. ⁊ iur. haste fisca. lib. x. facit. l. si quidē. C. de predi.
mino. ¶ Limita predicta vt sing. per Bal. in. l. tutores. ff. de ꝯsir.
tuto. vt procedant in iudicibus maioribus, secus in inferioribus.
per. §. nos aūt. insti. de attili. tuto. ⁊ dicit q̄ sunt verba do. Azo. in
sum. C. de tuto. ⁊ cura. qui non satisde. ¶ Quarto not. ex hoc text.
10 vnum effectum quē operat̄ p̄ntia iudicis. † Adde alium effectum
s'm Bal. Sali. ⁊ Moder. hic: q: testm̄ vel dona. cā mor. coraȝ duo
bus testibus valent, si coram iudice insinuetur. l. oīum. C. de testa.
¶ Item confessio facta in iudicio sine causa valet. glo. est not. in. l.
j. in glo. pe. ad fi. ff. de interro. actio. Cy. ⁊ alij in. l. general'r. C. de nō
nume. pecu. ¶ Item habet quartū effectū/ q: vbi al's iuri de futu
ro renunciari non pōt. l. si ita scriptum. §. si sub conditione. ff. de le
ga. ij. l. is qui heres. ⁊. l. qui superstitis. ff. de acquir. here. et glos. et
doc. in. l. j. §. eo. tū talis renunciatio facta in iudicio valet: glo. in. l.
in plurimū in fi. ff. de acq. here. ⁊ glo. in. l. j. ff. de cura. bo. dan. Bar. et
alij in. l. j. §. eo. ¶ Quintus effectus s'm quosdam est/ q̄ in iudicio
fingitur

fingitur stipulatio.l.cum ostendimus.§.fin.ff.de fideiuss.tut.Bar. in.l.cum quis decedens.in princi.ff.de lega.iij.de quo dic vt late p scribentes.in.l.j.in prin.ff.de ver.obl.ponit.d.Alex.in.l.siue apud acta.in.j.not.ad fin.j.titu.j.¶ Sextus not.effectus est q̄ si aliquis cōfiteatur in iudicio ex cā mutui,nō habet exceptionē nō nu.pec. etiam intra biennium:fm Sali.in.l.vnica in.j.col.per glo.ad literā ibi.C.de cōfes.qđ est diligenter notādū ad limitationē tituli.C. de non nu.pecu.ꝛ instit.de litera.obl.¶ Septimus effectus est q̄ h̄ pactū nudū nō sit efficax ad agendū.l.iurisgentiū.§.sed cū nulla.ff.eo.ꝛ.l.legem.ꝭ.eo.tñ bene fit in iudicio,ꝛ tendit ad iudicium adiuuandū:vt pactum de reficiendis expensis,vel de iudicato soluendo:tūc vestitur colore iudicij,ꝛ producit actionē efficacem:gl. est no.in aut.generaliter.in verbo cōscribat.C.de episco.ꝛ.cle.glo. in.l.eum pro quo.iuncto.tex.ff.de in ius vocā.per quas glo.ita cōcludit Bal.in repe.l.tale pactū.§.q̄ ꝓuocauit.in.vij.ꝛ meli⁹ in.xj. col.ff.eo.Ludo.ꝛ do.Alexan.in.l.j.in prin.ff.de ver.obli.ꝛ idē do. Alex.in rub.eo tit.de ver.obl.in.ij.col.Contra tñ predicta est tex. in.l.siue apud acta.j.de transac.ꝛ ibi Bal.in.j.col.not.qđ pactum nudū factum in iudicio,tñ remanet nudū.¶ Capio gl.in ꝟb.nouissima.quā diuide in.vj.In prima exemplificat tex.In scđa euȝ extendit.In alijs ponit quatuor limitationes ad text.partes patet. In ea.ibi:nisi primū deroget vltimo.¶ Not.ꝑpetuo istā partem gl.quā doct.multū not.ꝛ Bal.ꝛ Ange.dicūt esse valde singula.ꝛ Paul.de ca.hic:in.ij.col.dicit qđ istud est melius qđ habeam⁹ in

11 hac lege q̄†quēadmodū in vltimis volūtatibus verba derogatoria apposita in primo testamēto impediunt sequētia,nisi specialiter reuocetur illa derogatio.l.si quis in principio testamenti.ff.de leg.iij.qđ idē etiā fit in cōtractibus.Cōtra istā conclu.gl.opponit Bar.de.l.cū in plures.§.locator horrei.ff.locat.ꝛ refert duas solu. cum quibus videt̄ trāsire:sed idem Bar.in.l.non solū.§.morte.in vj.col.in.ver.circa.scđm.ff.de oper.no.nū.dicit q̄ isti duo intellect⁹ sunt veri in se:ſȝ qđ neuter ꝯgruit illi litere in.d.§.locator ibi perinde euȝ futurū dixi obligatū tibi acsi propositū fuerit remissum: sed idē Bar.in.d.§.morte.in.vj.col.soluēdo ꝑmū intellectū Pe.ꝛ Cy.hic relatū.dicit qđ alia pars illi protestationi nō cōsenserat: ideo p̄ pactū cōtrariū subsequētem tollit̄.Istū intellectū sequtur ibi Imo.Ful.ꝛ do.Alex.hic Ful.ꝛ Pau.de ca.in.d.§.locator horrei.

12 Aliū intellectū tradit Bal.hic dicens†q̄ ꝑtestatio verbalis non tollitur per aliū actū verbalē.c.solicitudinē.de appel.sed bene per actū facti:vt ibi:sicut in testatore,qñ in primo testamento apposuit clausulaȝ derogatoriā,nō tollitur per actū verbi,sed bene per actū facti incidendo vel cācellando.l.nostrā.C.de testa.istum intellectū late sequit̄ Pau.de ca.in.d.§.locator horrei.sed eum reprobat Imol.in.d.§.morte.tu iunge ꝑdictas solutiones simul qđ ibi pars non cōsensit protestationi,ꝛ interuenit actus facti ex interuallo.¶ Limita cōclusionem glo.vt procedat qñ ꝑtestatio fit nō simpliciter:sed per verba respicientia futurū tp̄s:tunc bene impedit actum in futurum fieri fm Bart.ꝛ alios hic facit gl.no.in.l.vt debitum.in glo.j.C.de here.actio.ꝛ hoc Bart.tradit not.theoricam quam valde signa,ad probandū simulationem cōtractus ꝛ eam indifferenter alij hic tenēt:ꝛ Bal.in.l.multum.in.j.ꝛ.ij.col. C.si quis alte.vel si.doct.in.l.item q̄.§.fi.ff.eo.Ange.et Imol.in.l. si quis cum aliter.ff.de verb.obl.ꝛ in.l.quoties.§.sed si cum primū. ff.de here.insti.Ange.in consi.cclxxij.quod incip.quoniam dictuȝ priuilegium.¶ Scđo contra glo.opponit Bar.de.l.fina.§.item si predixerit.in verbo ꝛ cōsenserint vectores.ff.nau.cau.stabu.Et respondet valde not.quod ibi loquitur in actu necessario,in quo nō sufficit quem protestari in presentia partis non cōtradicentis:sed oportet partem expresse consentire:ibi enim hospes ex necessitate officij cogebatur suscipere in se periculum earum rerum quas hospites sibi consignabant,vnde si protestetur in presentia hospitātis,qđ nō vult teneri de periculo/protestatio nihil releuat,nisi hospitans expresse consentiat:idē repetit Bar.hic in fi.tenent Pe.ꝛ Cy.hic:secus qñ nō esset actus necessari⁹:tunc sufficit protestationem fieri in p̄sentia partis non contradicentis,ꝛ sufficit tacit⁹ cōsensus:ita proprie loquitur Bar.in.d.§.morte.in.j.col.in versi.sed quero an etiam partis consensus requiratur.ꝛ in vlti.col.ꝛ ista est proprie mens Barto.hic quicquid alias dixerim.¶ Limita predicta quādo quis non audet contradicere,vel protestari propter metū superioris vel aduersarij:tunc valet protestatio facta in absentia partis:fm Cy.Bart.Imo.ꝛ Pau.de ca.in.l.qui in aliena. §.fi.per illum tex.ff.de acquir.here q̄uis cōtrarium teneat Bart. ꝛ do.Alex.ibi:idem do.Alex.hic:sed pro oppositione precedenti adde bene facere qđ voluīt do.Anto.de bu.ꝛ panor.in.c.tua nos. de sponsali.qđ si quis non intendit contrahere matrimonium cū tali muliere,sed non audet contradicere ꝑpter metum principis aut patris si protestetur in absentia,talis ꝑtestatio iuuat:nisi se-

13 quatur copula.¶†Et no.qđ matrimoniū cōtractū metu est ipso iure nullū,nec est necesse qđ rescindat̄ p actioneȝ qđ met.cau.glos. in.l.j.in.fi.ff.de auto.tuto.glos.in.l.si mulier.§.si dos metu.ff.quod met.cau.facit tex.in.c.cū locū.de spon.Old.in cōsi.xxv.Bal.in cōsil.schismatis.posito post.j.rub.C.si quis ali.testa.prohibue.in vlt. col.secus si matrimonium contrahitur dolo q̄: neduȝ valet mero iure,imo et in effectu:q: non posset rescindi actione de dolo.gloss. est in.c.pe.in glo.fi.q̄ Panor.bis multum exclamat pro singulari:limitat quod me.cau.ꝛ per illam glo.dicit ibi Imo.q̄ si mulier dolo ꝑsuasit se habere amplas facultates,ꝛ ita dolo circumuenit iuuenem,vt eam acciperet in vxorem:ꝛ postea reperitur nihil habere:iste dolus nihil officit matrimonio.Et simile in quotidiana questione determinat Bal.de socero qui promisit instituere generum heredem,vt caperet filiam suam in vxorem:ꝛ postea eum decepit/quia nihil sibi reliquit in testamento.in.l.cū archimedoraȝ. C.vt in pos.leg.ꝛ similem glo.habes in.c.constituit.vbi tex.singu. xx.q.iij.ꝛ in.l.a diuo pio.ff.de ritu nup.et ex his ꝑdera quod licet equiparentur dolus ꝛ metus.l.dolo vel metu.cuȝ si.C.de inuti.sti. tamen hec est magna instantia ꝛ differentia,prout etiam not.glo. in.d.c.constituit.¶ Successiue Bart.ponit doctrinā in materia protestatiōis,in qua adde in primo membro,quod procedit etiaȝ in actu qui fit ex interuallo:vt probat tex.in.l.si quis in principio. testamenti.in verbo testamento vel codicillis.ff.de lega.iij.Intellige sane Bart.quando protestatio fit expresse in futurum:prout loquuntur iura per eum allegata:ꝛ declarat Bart.in.d.§.morte.

14 in.iij.col.ꝛ in.d.l.qui in aliena.§.fi.vbi Moder.¶†No.etiam diligenter practicam Bart.ad probandā simulationem ꝯtractus: per ea que ante contractum dicta sunt inter partes.Quam declara ad actum practice:vt per Pau.de cast.hic:ꝛ cum ea transeunt alij docto.hic/adde Bal.in.l.multū interest.in.j.ꝛ.ij.col.C.si quis alte.vel sibi Bar.in.l.itē q̄.§.fi.ꝛ ibi expressius.Ang.ff.eo.q̄cquid ibi dicat Bal.idem tenet Bal.Ange.ꝛ Imo.in.l.si quis cum aliter.ff.de verbo.obliga.Ange.ꝛ Imo.in.l.quoties.§.sed si cum primum.ff.de here.insti.ꝛ ibi declarat Imo.in quibus terminis intelligenda sit ista doct.Bart.Angel.in consi.cclxxij.incip.quoniam dictum priuilegium.¶ Item m̄xtum concludit Bart.q̄ in actibus dependentibus ex voluntate duorum,protestatio simpliciter facta que non respicit futurum,non impedit actum factum ex interuallo:idem tenēt cōmuniter alij hic:ꝛ in.c.cum.M.ferrariēsis. de constit.Contrariuȝ tenet Bal.hic ꝛ in.l.item q̄.§.fin.ff.eo.per tex.in.l.si ita scriptū.§.si sub cōditione.ff.de lega.j.ad quem respon de qđ loquitur in testamento quod debet fieri vno cōtextu.l.cum antiquitas.C.de testa.l.heredes palā.§.fi.ff.eo.ergo non pōt ibi dici actus ex interuallo fieri fm Sal.hic:in.iij.col.ꝛ Moder.in.d.§.

15 morte.¶†An autē protestatio[a] concepta in futurū,impediat ma
a trimonium.glo.est no.qđ non.in.c.tua nos.de sponsali.Sed intellige illam glo.quādo protestatio fit in absentia mulieris:secus si presente muliere et consentiente,aut saltem non contradicēte aliquis ꝑtestetur qđ nullo modo vult eam habere in vxorem:et si in futurum venerit ad verba matrimonij.qđ expresse protestatur q̄ nō intēdit habere in vxorē:talis protestatio releuat,nisi sequatur copula:fm doct.in.d.c.tua nos.domi.Anto.de but.in.c.veniens. ij.de sponsali.Panor.in.c.per tuas.ad fi.de cōdi.appofi.vbi etiaȝ istud tenet:procedere in foro conscientie.Et quod dictuȝ est de copula,intellige sane quādo soluȝ esset sequuta:secus si etiam antecessisset.fm do.Ant.de butr.ꝛ Panor.in.d.c.tua nos.ij.in.j.not.

b Reliqua in materia[b] ꝑtestationis vltra modernos hic:ꝛ als dixi habes in.d.§.morte.et in.d.c.cum.M.ferrariēsis.per Joan.an.in regula in generali.in mercurialibus.¶ In glo.in verb.ꝛ maxime. colligit.argu.pro literis sigillatis ab episcopis vltra montes.vult

16 dicere glo.†pone qđ si aliquis vltramontanus portat literas epi

c scopi[c] sui,qualiter est clericus,fidem faciunt propter sigillum episcopi.Cyn.dicit q̄ essent fatui qui ita crederēt de iure ciuili,nisi in his que sunt modici preiudicij.l.si qua per calumniam.cum glos. C.de epis.ꝛ cle.sed de iure cano.literis maiorū iudicum:puta episcoporum/quibus est permissum habere autentica sigillaꝫ his que sola eorum autoritate nituntur,fides adhibetur.c.post cessionem.vbi cano.de probatio.ꝛ Cano.in.c.ij.de fide instru.als secus. c.significante.de app.de quo per Bar.ꝛ Lud.in.l.si publicanus. §.j.ff.de publica.cum concor.traditis per.d.Alex.hic.¶ Glo.sup verbo prohiberis.Diuiditur in tres.In prima declarat tex.In secunda infert ex tex.In tertia ꝛ vltima opponit:et pro solutione se remittit.secunda ibi:ꝛ sic non tollitur ipso iure.tertia ꝛ vltima ibi et ita est contra.

a ¶ An protestatio.adde de ista materia diffuse et melius quā al.bi p Car. Alex.in.d.c. tua nos.

b ¶ Reliq̄ in materia.adde Bart.in l.non solum. §.morte.ff. de oper.noui nū.Sali. i.l.pacta nouissima.C.de pac.do.in.c. cumana.de electiōibus. lib.vj.

c ¶ Literas epi.adde Innoc.in.c.j.de fi.istru.ꝛ diffuse p Feli.i c.post cessionē de pb.in fi.ij.col.x.ij. cōclusio.vbi ponit tres fallen.

1 ¶ Ex pacto incontinenti apposito iuxta cōtractum orit̄ actio, secus si ex interuallo:nam tunc solum paratur exceptio.

2 Dictio ex:denotat causam immediatam.

3 Ad hoc vt pactū producat exceptionem,nō est differentia an apponatur incōtinenti,an ex interuallo.

4 Pactum etiam appositum ex interuallo tendit ad actionē:cū nō possit ꝑdesse ad actionem:non ꝑderit etiam ad exceptionem.

5 Quando actus non peccat in forma sed in materia:si nō valet eo modo quo partes agunt:valet eo modo quo potest.

N bonefidei. Materiam huius. l. que est subtilis posui in. l. lecta.
1 ff. si cert. pet. ideo hic non pono. † Ex pacto incontinenti apposito iuxta ɔctũ orit actio, secus si ex interuallo, tunc solũ parat exceptio. h. d. Et habet duo dicta q̃ patent ex summario. secũda ibi: nã qd postea. ¶ Not. regulã ꝙ pactũ appositũ incõtinẽti iuxta ɔctũ, vestit coherentia ɔctus, ꝛ actionẽ ꝓducit etiã si sit ɔctus stricti iuris. d. l. lecta. ꝛ. l. petens. vbi dicit. j. eo. istam regulam limitaui. plu. modis. in. d. l. lecta. Adde aliam limitationẽ qñ in pacto cõtinet pena: tũc odio pene pactũ non vestit coherentia ɔctus, glo. in. l. seruus ea lege. vbi bonus text. ff. de ser. expor. l. stipulatio ista. §. alteri. ꝛ ibi Bar. in. j. col. ff. de verb. obli. Pau. de ca. hic. Ista limitatio cõiter reprehendit. Primo per gñalitatem huius. l. Scdo et fortius, q: vsura dicit pena. l. qui sine. ff. de nego. gest. s; vsura deducta in pacto incontinẽti apposito debet: q: pactum vestit. l. pignorib9. cũ glo. C. de vsur. igit ꝛc. ꝛ ita ꝓdictas glo. reprobãt alij docto. cõiter in. d. §. alteri. Cy. et Bal. in. l. ꝗuis. j. C. de vsur. Bal. ꝛ do. Alex. hic. Ful. in. d. l. petẽs. ꝛ ibi Pau. de ca. in
2 xj. col. j. eo. ¶ † Scdo pondera tex. ibi ex pacto actio. † qd cum dictio ex: denotet cãm immediatã. l. j. §. ex incẽdio. vbi Bar. ff. de incen. rui. naufr. ꝛ Bar. in. l. nõ dubiũ. C. de legi. hic ꝓbat oppositio Bar. citramontanorũ ꝙ ex pacto incõtinẽti apposito orit semper actio ꝑscri. vb. dato qd habita relatiõe pacti ad ɔctũ nõ resultet ɔctus innoiatus: de quo ꝑ Bart. in. l. ex placito. C. de re. permu. et in rub. ff. de prescri. verb. Bald. ꝛ alij. in. l. petẽs. j. eo. Confirmo q: actio ꝑscrip. vbis orit ex ɔctibus innoiatis. l. quoties. cũ glo. ff. de prescrip. verb. sed pactum est ɔctus innoiatus: l; nõ respectiuus: glo. est sing. in. l. j. in prin. in glo. magna ad fi. ff. de actio. et obliga. quã sequit Bal. in rub. et in. l. j. s. eo. ꝛ hic: et eã reputat sing. Bal. in. c. quintaualllis. in. ij. col. de iureiur. et latius Bal. in. d. l. lecta. in
3 vij. col. ¶ † Tertio not. qd ad hoc vt pactũ ꝓducat exceptionẽ, nõ est differẽtia, an apponat incõtinẽti, an ex interuallo: tñ differentia est in alio valde not. q: qñ incõtinẽti est appositũ, iudex potest supplere, etiã si nõ excipiat a parte: vt declarat Bar. in. l. cũ q ita. §. qui ita. ff. de verb. obli. ꝛ in. d. l. lecta. vbi dixi: ꝛ Bal. hic. ¶ Gl. in verb. actio. ex qua habes qd ex pacto incõtinẽti apposito iuxta contractum oriuntur due actiones, Prima exceptio ex ipo ɔtractu informata ꝛ extensa ad pactum. Secũda actio ꝑscri. vbo. que ex ipso pacto inito nascitur. ꝛ idem tenet glo. ꝛ Bar. in. l. ex placito. j. de re. permu. ꝛ in. l. iurisgẽtiũ. §. quinimo. ꝛ ibi cõiter doct. ff. e. et ita tenent Bar. ꝛ citramon. reprobata in hoc opi. vltramon. vt hic per Bar. et in rub. ff. de prescri. verb. ꝛ plenius Bal. in repe. l. petẽs. j. eo. ꝛ in. l. auia. C. de iure do. Et pro cõi snia facit bene tex. in vbo ex pacto. vt. s. dixi. ¶ Gl. in verbo incontinenti. ex qua habes qñ dicatur pactum incõtinẽti appositũ: et pro eo facit etymologia hui9 vocabuli incõtinẽti. qd importat idẽ qd in actu simili se tenẽti: fm Bal. hic: circa pn. ꝛ Sal. in pe. col. de quo pũcto nõ tango hic. sed soleo dicere in. l. lecta. vbi Bar. ꝛ docto. ff. si cert. pe. ¶ Capio glo. in verb. non petitionem. no. ex ista glos. cum seq. sin-
4 gu. † qd quando pactũ nudũ appositũ ex interuallo tẽdit ad actionem, cũ nõ possit ꝓdesse ad actionẽ, nõ proderit etiã ad exceptionem: ꝛ ita limitabuntur omnes leges q̃ dicũt pactũ appositũ ex interuallo prodesse ad exceptionẽ: vt hec. l. cu; simi. Pro gl. facit q: actus agentium nõ debent operari cõtrarium dispositionis. l. non omnis. in prin. ff. si cer. pet. ꝛ q: inducta ad vnũ finem non debent alium effectum operari. l. legata inutiliter. ff. de leg. j. Et ideo si vẽditor ex interuallo ꝓmisit pacto nudo dare fideiussores: istud pactum tendit ad actionem: sed q: est nudum, ꝛ factum ex interuallo, non potest actione; producere: certe si emptor conueniatur ad precium, non poterit excipere de fideiussoribus non datis. et sic tale pactum nõ proderit etiam ad exceptionem. ꝛ ita consuluit Ange. in consil. l. xxiij. incipiẽ. plures creditores. ꝗuis non alleget istam glo. facit qd vult glo. not. in. l. ij. in glo. fi. C. qñ lice. ab empt. disce. ꝛ in. l. ab emptione. in glo. fi. ff. eo. de pac. ¶ Tene contrariũ per tex. hic: ꝛ tex expressiorẽ in. l. pacta cõuenta. in princi. ꝛ in ver. quo quidem casu. ff. de contrahen. emp. quem allegat Sali. hic: in vlti. colũ. ꝛ in. l. legem. j. eo. ꝛ ad glo. contrarias responde vt hic per
5 Sali. Confirmo bona ratione: † quia qñ actus non peccat in forma sed in materia, vt hic: si non valet eo modo quo partes agunt valet eo modo quo potest: fm Bar. ꝛ doct. in. l. j. §. si quis ita. ff. de verb. obli. per iura ibi allegata per eum. Iason Padue.

a ¶ Ex pacto nudo. Adde que dixi. s. i l. creditori. i apostill. in. j. col. C. de pac.

b ¶ An ex cõfessione. Adde Spec. tit. de ɔfes. §. iij.

1 ¶ Duplex species stipulationis reperitur.
2 Quando stipulatio penalis incipit a precedẽti cõuentiõe nuda, d; pena peti, a qua reus liberatur soluẽdo qd in nuda cõuentiõe deuenit: ꝛ bona debitoris non seruantis cõuenta, nõ debẽt in creditorem transferri de facto, sed ordine iuris seruato.
3 Quando pactum appositum iuxta stipulationem ante vel post, continet idem qd ipsa stipulatio, tunc pactum non vestitur coherentia stipulationis.
4 Ex pacto nudo geminato de eodem oritur actio.
5 Ex cõuentione extraiudiciali nõ oritur actio: nisi sit geminata.
6 Relicta in testa. minus solẽni debent: saltem naturaliter.
7 Stipulatio penalis, cũ sit accessoria, non vestit principale pactũ: nec secundum quod est de eodem.
8 Post litem motam super pena, põt mora purgari: ꝛ sic euadi pena: implendo conuentionem principalem.
9 Executio que fit in mittendo in possess. bonorũ debitoris, non debet fieri de facto: nam possess. etiam iniusta nemini est auferenda de facto, sine cause cognitione, eo non citato.
10 Si iudex fecit aliquam executionem de facto, parte nõ citata, debet etiam de facto alia parte non citata eam reuocare.
11 Iudex debet absq; difficultate reuocare illud qd perperam fecit nec requiritur aliqua cognitio in facto proprio.
12 Si debitor cessisset bonis, creditor nõ potest de facto apprehẽdere possessionẽ bonorum suorum.
13 Secũda obligatio secũdi pacti penalis, non potest nouare primã obligationem naturalem.
14 Stipulatio penalis nouat precedentẽ oblig. nisi aliud actum sit.
15 Ubi non est mora ibi pena non potest cõmitti.
16 Promittens facere consentire filiũ suum sub certa pena, cum erit legitime etatis, si filius nolit cõsentire an incurrat dictam pena;.

SI pacto quo. Ista est subtilis. l. et habet materiã valde scabrosam.
1 † Premitto/quod quãtũ attinet ad ꝓpositum nostrũ reperit stipulatio duplicis speciei. Queda; est stipulatio coequeua: qñ in stipu. eque et tñ deducitur, put in cõtractu: et nihil plus. ꝛ ꝓpter hoc appellat coequeua. tex. habes et exemplũ vbi iuriscõ. sic declarat in. l. duo societatẽ. in prin. ff. pro socio. et de ista stipulatione coequeua loquitur proprie tex. in. l. fi. C. de noua. Quedam est stipulatio nõ coequeua, sed penalis: ꝛ est illa que nõ continet idem qd continebatur in cõtractu precedenti, sed diuersum: q: continet penam: ꝛ de ista proprie loquitur hec. l. Et in ista erit arduum dubium an. l. fi. C. de noua. habeat locum etiã in isto casu: et. j. loco suo late examiabo, ꝛ forte tenebo cõtra cõem, ꝙ sic. Diuiditur in duas. In prima cõsuluit supplicanti circa actione;. In scdã circa executionẽ. secunda ibi: nam bona aduersarij. Hoc
2 dicit. † qñ stipulatio penalis incipit a precedẽti cõuentione nuda debet pena peti, a qua reus liberatur soluendo qd in nuda conuẽtione deuenit: ꝛ bona debitoris non seruantis ɔuenta, non debẽt in creditorem transferri de facto, sed ordine iuris seruato. hoc di. ¶ In primis pondera istum text. tenendo prout tenet glo. j. qd in hac lege fuerunt tria pacta: vnum nudum de conuentione principali: scdm nudũ de pena: tertiũ vestitũ. s. stipulatio. de eadẽ pena. hic videri tex. pro decisione Bart. in. l. lecta. in. ij. col. ff. si cert. peta.
3 qd † qñ pactum appositũ iuxta stipulationem ante vel post, continet idem qd ipsa stipulatio, tũc pactũ nõ vestitur coherẽtia stipulationis: ꝛ ratio est, q: pactũ vestiri coherentia ɔtractus seu stipulationis, est q: fingitur inesse cõtractui. d. l. lecta. sed si vere inesset secũda stipulatio continens idẽ qd prima, esset superflua. l. qui bis idem. ff. de verb. obli. ꝛ ad hoc bene facit iste text. vbi pactũ continebat penã, sicut ꝛ stipulo. ideo pactũ nõ vestit, nec ex eo põt agi: ꝗuis ɔtrium teneat Bal. in. l. petẽs. j. eo. ¶ Scdo ꝛ subtili9 retento eodem themate, pondera nouiter hic esse tex. contra regulã le-
4 gistaru; ꝛ canonistaꝝ que est. † qd ex pacto nudo a geminato de eodem oritur actio: qd patet, q: ex primo pacto nudo oritur obligatio naturalis. l. stichũ. §. naturalis. ff. de solu. sed pacto nudo secundo quis promittit illud ad qd iam ipse vel alius erat naturaliter obligatus: ꝛ scdo pacto nudo inducit cõstitutũ, ꝛ orit actio de cõstituta. l. j. §. fi. iũcta. l. qui aũt. §. fi. ff. de cõsti. pe. §. de cõstituta. instit. de act. et ita per hoc fundamẽtum dat regula, qd in secũdo pacto nudo geminato oritur actio de cõstituta. Istã regulã ponunt Hosti. ꝛ clarius. d. Ant. de bu. in. c. per tuas. de arbi. d. Ant. de bu. in. c. cũ cõtingat. de iureiur. Albe. de ro. in. l. iurisgẽtiũ. §. quinimo. in. viij. col. ff. eo. Pau. de ca. in. l. j. in pñ. ff. de constit. pecu. Lud. ro. in. l. j. in pñ. in pe. charta. ff. de verb. obli. Raph. cu. ꝛ. d. Alex. in rubri. ff. de vbo. obli. ꝛ. d. Alex. in. l. lege;. ad fi. s. eo. do. Mathe. in no. ccccxxxvij. ¶ Cõfirmo istã regulã ꝑ duo. ¶ Primo per tex. in. l. fi. C. ad le. fal. inducẽdo vt ibi subtiliter ꝑ Bal. ꝛ clarius Ange. et intelligẽdo ꝙ ibi promissio heredis fuerit facta pacto nudo. Na; ibi ex illo pacto, ideo põt agi: q: adest duplex obligatio: qd potest defalcari ꝑ falci. est naturalr debitũ. fm cõem opi. citramõtanor: ꝛ per Bar. ꝛ alios in. l. cũ qs. C. de iur. ꝛ fac. igno. ꝛ in. l. j. ff. de cõdi. inde. Cano. in. c. fi. de sol. sed ex duplici naturali obligatiõe oritur
5 actio: vt ibi. ¶ † Scdo facit, nã l; ex cõfessiõe b extraiudiciali nõ orit
b actio: sed solũ probatio. l. publia. §. fi. ff. deposi. tamẽ si sit geminata orit actio: q: equiparat iudiciali: fm Bart. in. l. cum scimus. in fi. C. de agri. ꝛ cẽsi. lib. xj. ꝛ ita in specie tenet Lud. ro. in. l. nuda ratio. in. j. col. ff. de dona. ꝛ in. l. sed ꝛ si possessori. §. fi. ff. de iureiur. ꝛ in consi. cccxc. qd incip. in casu proposite cõsultationis breuiter dicẽdum. d. Franc. in. iij. volum. Pau. de ca. in. d. l. publia. §. fina. Contra istam

tra istam regulā pondero nouiter istū tex. vbi pena erat promissa
pacto nudo: & tū si denuo ꝓmittat, ita demū agi pōt, si stip̄lo sub/
iecta est: ergo si fuisset pactū nudū q̄uis geminatū de eodē, non po
test agi: cū text. regrat cū mysterio stipulationē, & loquat̄ cōditio/
nali: pacto subiecta est stip̄lo: nec dicas qd̄ hic fit odio pene: sicut
q̄n in pacto deducit̄ pena iuxta ꝯctum pactū, odio pene nō vestit̄
coherētia ꝯctus: fm glo. in. l. seruus ea lege. ff. de ser. expor. et in. l.
stipulatio ista. §. alteri. ff. de ꝟb. obl. nā ille gl. sunt cōiter reproba
te vt dixi in. l. ꝓcedēti. Itē non pōt reddi ratio quare etiā hic non
inducat̄ cōstitutū in vltimo pacto ꝯtinente penā, sicut & in ꝓcedē/
ti. ¶ Scd'o ꝯ predictā regulā pōdero nouiter aliū tex. in. l. si ꝟitas.
in verb. stipulantib⁹ ꝓmisisti. C. de fideicom. hoc mō inducēdo:
6 nam† relicta in testō nō solenni debent̄ naturalr. l. fina. ff. de re. eo.
iuncta. l. in testō. ff. de fideicō. libe. firmat Bar. & magis cōiter alij
in. d. l. cū qs. et in alijs locis ꝑime allegatis. ergo si vera esset pre
dicta regula, et heres ꝓmitteret nudo pacto, posset agi ex secūdo
pacto: & tñ tex. ibi requirit stipulationē: quicquid ibi dicat Bald. in
vlti. q. intelligēdo cū nimia diuinatione / ꝙ vbi testm̄ erat nō solē/
ne vitio intrinseco, ꝑ qd̄ impediebat̄ obligatio naturalis. Et tenē
do hanc nouam sniam cōtra legistas & cano. nō ob. eorum funda/
mentum / ꝙ ex secūdo pacto inducat̄ constitutū: nā hoc est falsum
q2 nō inducit̄ cōstitutū, nisi appareat ꝙ promissio fiat aīo ꝯstituē/
di. gl. est in. l. si tibi. in gl. fi. in ꝑn. & ibi idē Cy. C. loca. Alb. de ro. in
d. l. iurisgentiū. §. quinimo. in. iiij. col. ad fi. lz tñ aliqualiter obstet. l.
quidā. & l. fi. ꝯ. de cōsti. pecu. ꝓterea q̄n ex cōsti⁹tuto orit̄ actio: non
est ꝑpter geminationē, sed q2 cōstituitur ꝯctus noīatus, & fomēta
tur a. l. ꝓtoria. ita dicit sing. Bart. in. d. l. iurisgētiū. §. igitur nuda.
Nō ob. l. fi. C. ad leg. fal. q2 intellect⁹ Bal. & Ang. ad illū text. non
pōt stare, cū tex. ibi dicat cautionē fecerit: & ꝟbo cautionis intelli/
gitur stipulatio. glo. in. l. sancimus. C. de verbo. sign. & ita in specie
reprobat Ludo. ro. in. l. j. in ꝑn. in pe. char. ff. de verb. obliga. & in
l. si vero. §. de viro. ff. solu. mat. Et in contrariuz facit text. in. d. l. si
7 veritas inducendo vt. s. ¶ † Tertio no. ex hoc text. qd̄ stipulatio
penalis, cū sit accessoria, nō vestit ꝑncipale pactū, nec scd'm qd̄ est
de eo. de: et ideo tex. cū mysterio dicit penā exiges. qd̄ significat ab
inuito: vt in glo. vel conuentione consequeris. qd̄ significat a volē/
te. Et sic conuentio principalis nō fuit vestita a stipulatione pena
li: q2 esset absurdum ꝙ accessoriū vestiret principale. l. qd̄ per ma/
nus. ff. de iure codicil. l. ex pupillari. ff. de vulg. & pupil. de quo ple/
nius per Bar. post glo. in. l. petens. ī. eo. ¶ Quarto no. ex text. ibi:
8 vel id qd̄ in conuentione deuenerat: † qd̄ post litem motā super pe
na pōt mora purgari: & sic euadi pena, implendo cōuentionē prin
cipalem. Unde pulchrum est videre vsq3 ad quantū tp̄s admitta
tur ista purgatio: cōiter scribentes tenent ꝙ vsq3 ad sniam exclusi
ue. ita Bal. & Pau. de ca. hic: & Bal. in. l. vnica. in. xiij. co. C. de his
que pe. nomi. Ang. & Moder. in. l. si insulā. ff. de verb. obli. vtitur
Bal. hoc fundamento: nam pena hic cōmittitur per litis contest.
ergo purgatio admittitur vsq3 ad sniam, cum aliuz terminū non
habeat. l. si maior. ī. titu. j. no. in. d. l. si insulam. ista ratio non est bo
na: q2 q̄n aliquid occurrit post litem cōtesta. primus postea actus
qui fit habet vim alterius contestationis litis, quo ad excludēdū
l. ij. vbi doct. C. de consorti. eius. lit. fm Ludo. & do. Alexā. in. d. l. si
insulam. tu tamen pondera qd̄ Barto. hic in fi. si recte inspexeris,
vult qd̄ in casu huius. l. ista purgatio more admittat̄ etiā post sen
tentiam, ad euadendū hanc penam: qd̄ reputo bene mirabile, nec
9 adhuc fuit ab alio pōderatum. ¶ † Quinto no. ex fi. tex. quod exe
cutio que fit in mittendo in possessionē bonoꝝ debitoris, non de/
bet fieri de facto: sed ordine iuris seruato: nam a possessio etiam in/
iusta nemini est auferenda de facto, sine cause cognitione eo nō ci
tato: dicit Inno. in. c. inter quatuor. de maio. & obe. quē sequit̄ no.
Bal. in. l. si deserta. per illum tex. C. si propter publi. pēsita. Bart.
in. l. fi. C. de edi. di. adri. tol. in. vj. colū. in ver. item extra glos. quero.
et ibi Bal in. iiij. q. bonus tex. in. c. licet eps. de preben. in. vj. & in. l.
fin. C. si per vim vel alio modo. et in. l. meminerint. C. vnde vi. et di/
10 cunt Bal. & Sali. Moder. hic: † quod si iudex fecit aliquam execu
tionem de facto, parte non citata, debet etiam de facto alia parte
non citata reuocare: q2 sicut fuit facilis in cōcedēdo, debet esse fa
cilis in reuocando. tex. est in. l. j. §. j. ff. si mul. ven. no. quē tex. ad hoc
reputat singu. Bal. in. d. c. inter quatuor. in fi. de predictis habes
glo. no. in. l. minor. in prin. ff. de euic. quam reputant sing. Bald. et
Sal. in. l. dies festos. C. de feri. & in. l. post sniam. C. de sen. & interlo.
11 ponit Bal. in. c. ij. in vlti. col. de rescript. plenius Imol. & Moder.
in. l. j. §. nūciatio. in. j. de ope. no. nū. ¶ † Et ad hoc subdit hic Bal.
quedam similia de captura & excōmunicatione, cōcessis parte nō
citata: quibus adde Bal. in. l. ij. in. iiij. q. C. de serui. & aqua. & in. l.
j. C. de execu. rei iud. & in. l. fi. in. ij. col. C. de edi. diui adri. tollen. cum
cōcor. de quibus per do. Alex. hic: & plenius. d. §. nūciatiōis. el. j. in
xi. col. limitando vt per eum: adde Lud. ro. in consi. ccxx. qd̄ incip.
circa primum consultationis articulum, in primo dubio: et dicit
Bal. in. c. ab excōmunicato. de rescrip. ꝙ ibi est tex. singu. ꝙ iudex
debet absq3 difficultate reuocare illud qd̄ perperā fecit, nec requi
ritur aliqua cognitio in facto ꝓprio: per illū text. ¶ Tu limita in
practica predicta / precipue q̄n snia vel tenuta cōcedit̄ a iudice nō
citato possessore, quo casu nō valet: facias eā cōfirmari a iudice ci
tata parte, vel de nouo reuocari: fm Ang. qui dicit se ita pluries
practicasse in. l. si finita. in prin. per glo. ibi. ff. de dā. infec. vt ibi ple/
nius per do. Alex. alios referentē. Ange. de aret. in. §. quadrupli.
instit. de actio. ¶ Capio glos. primā ibi: de aliqua permutatione.
istud exēplum reprobat Bal. colorata ratiōe: nam aut iste qui pe
tit impleuit pro parte sua: et tūc non procederet iste text. q2 pactū
primū vestiret̄ implemento rei. l. ex placito. C. de rerū permu. et sic
ex eo posset agi: qd̄ est contra istū tex. aut non impleuit, & tunc nō
impleti non committitur pena. l. quero. §. inter locatorez. ff. loca.
Tu tene glo. fm Moder. hic: q2 Bal. in arg. suo omittit casum in
quo proprie ꝓcedit glo. & ista. l. nā in hac lege iste qui agit, nō im/
pleuit / sed bene obtulit: vnde in contractibus innominatis obla/
tio non habet vim implementi: ita vt possit agi: sed bene operat̄
qd̄ aduersarius incidit in penam. gl. est no. in. l. iurisgentiū. in ꝑnc.
in glo. mag. in verb. facias. circa fi. ff. eo. ¶ Capio glos. fi. quā diui/
do in. vj. In prima dupliciter declarat tex. in. ij. oppo. cōtra text. &
dupliciter rñdet: postea format quatuor qōnes, quarū alique pos
sent expediri per oppositionē: vt hic ꝑ Bar. scd'a ibi: ei aūt qd̄ dici
tur. tertia ibi: itē quero an obligatio. quarta ibi: itē nunquid vesti
tur. quinta ibi: itē q̄ꝰ. sexta & vltima est ibi: sed q̄n cōmittit̄. ¶ In
ea. ibi: fm quosdā. habes ex gl. qd̄ si debitor cessisset bonis, tūc po/
test creditor de facto apprehendere possessionē bonoꝝ suoꝝ. glo.
male dicit, & contra tex. in. l. legis iulie. C. qui boñ. cede. pos. ¶ In
ea. ibi. l. a diuo pio. §. in venditione. habes ex gl. qd̄ forma que tra/
ditur in executione sentētie diffinitiue. & d. §. in venditione. nō ha
bet locū q̄n fit in executione snie interlocutorie. glo. male dicit per
tex. in. c. q̄n frequenter. §. fi. vt lit. non cōtest. fm Ang. et Moder.
in. d. §. in vēditione. cū cōcor. de quib⁹ per. d. Alex. hic & ibi. ¶ In
ea. ibi: q2 semper est incertū anteꝙ consequat̄: lz glo. & doct. repro/
bent istam tertiā solutionē, & sequant̄ precedentē: tñ Fulg. eā pul
12 chre defendit, aliter intelligēdo ꝙ glo. ¶ † Nam ideo hic dicitur
agi ad incertum: eo q2 licet petitio pene sit certa, tñ sol. est variabi
lis ex ꝑtāte debitoris: qui pōt soluere vel rem ꝑncipalē vel penaz:
sed q̄n solutio est variabilis ex potestate debitoris, dr̄ agi ad incer
tum. vt declarant Bar. & alij in. l. certi condictio. in ꝑn. ff. si cer. pe.
& ad hoc allegat proprie text. in. l. vbi aūt non apparet. §. qui illud
aut illud. ff. de verb. obli. istā sol. lz subtilē reprobat. d. Alex. in. d. l.
certi cōdictio. in. xij. col. & seq. q2 nō sufficit solutionē esse variabi/
lem, nisi ꝓcedat virtute obligatiōis, in qua erat istud aut illud. d.
§. qui illud aut illud. s3 hic vnū tm̄ erat in obligatiōe, et sic petitio
erat certa, q̄uis aliud solui posset ex permissiōe legis. ¶ Sum in
tertia parte princ. glo. ex qua not. tres conclusiones. ¶ Prima est
13 qd̄ † secūda obligatio secūdi pacti penalis, non pōt nouare primā
obligationē naturalē: q2 vbicunq3 tractat̄ de nouatiōe, ibi necesse
est stip̄lonē interuenire. ideo ista gl. quā Ful. reputat sing. cū my/
sterio querit an stip̄lo possit nouare primū pactū: non aūt querit
14 de scd'o pacto. ¶ † Scd'a cōclusio glo. est / ꝙ stipulatio penalis no/ a ¶ Nam. ad/ de doc. in. c. licet. de pre/ ben. lib. vj.
uat precedentē obligationez, nisi aliud fit actū: passus est summe
dubius, & leges multū varie: quē late examiat Bar. in. l. ita stipu/
latus. ff. de ꝟb. obli. in. j. oppo. vltime partis: et recitat octo princ.
opin. vltra quas alie plures reperiuntur, vt ibi ꝑ Moder. sed ista
disputatio non est hic necessaria: q2 dato qd̄ millies stipulatio pe/
nalis nouasset precedentē, adhuc ꝓcederet ista lex: q2 lz prima cō/
uentio nouata desineret esse in obligatiōe, tñ erat in solutione ex
dispositione. l. ita declarat Bar. in. d. l. ita stipulat⁹. in. j. oppo. vlti.
partis: & Moder. hic. ¶ Tertia cōclusio gl. est qd̄. l. fi. C. de noua.
que loquitur in stipulatione coequeua. i. continēte illud per oīa
qd̄ principalis obligatio, vt habes exemplū in. l. duo societatem.
in ꝑnc. ff. pro soc. habet locū etiā in stipulatione penali, que hodie
non nouat ꝓcedentē obligationē, nisi expresse fit actū: sequitur so
lus Albe. hic: & alij oēs reprobāt / gl. & Bar. & oēs in. d. l. ita stipu/
latus. in. ix. oppo. j. partis princ. q2 cū. d. l. fi. sit correctoria, non de/
bet extēdi, ꝑcipue ad hūc casum, vbi nō fit ꝑprie nouatio. d. l. obli
gationū fere. §. fi. in ꝟb. quasi. alleg. in glo. Sed de facili pōt defen/
di glo. ꝯ doct. attēta rōne ꝑemiali. d. l. fi. ꝑemiū eñ denotat causam
finalem: vt est tex. melior de iure in. l. fi. & ibi Bar. & Bal. ff. de her.
insti. not. Bar. in. l. cum hi. in prin. per illū tex. ff. de trāsac. bñ facit
text. in. l. regula. §. & lz. ff. de iur. & fac. igno. ex ꝑemio ergo apparet
qd̄ illa. l. fi. est facta ad tollendā ꝯrietatē legū antiquarū: q̄ ꝯrietas
ꝑprie est in hoc, an stipulatio penalis nouet ꝓcedentē: vñ cū rō fit
expressa in. l. corrigēte, fit extēsio ex idētitate illius rōnis. l. his so/
lis. in verbo satis etiā tacite cautū putamus. & ibi Bal. C. de reuo
cā dona. no. Bar. & alij in aut. quas actiōes. C. de sacrosanc. eccle.
15 cum si. ¶ Sum in vlti. parte gloss. in qua sic oppone. † vbi non est
mora, ibi non potest pena ꝯmitti. d. l. ita stipulatus. sed hic nō po/
test esse mora, cum non possit esse petitio: quia conuētio fuit facta

pacto nudo.l.lecta.circa fi.ff.si cer.peta.ista est magna difficultas
quã late ꝓsequit͛ Bar.in.d.l.ita stipulatus.per sex questiones pn̄
cipa.deinde in.vj.oppo.v.partis princ.ꝓprie attingit intellectum
huius tex.q cõiter reprobat͛,tene solutionẽ glo.q̃ fuit Ioã.cremo.
in.l.nuda.C.de cõhen.et cõmit.stip.que ꝓbat͛ ꝑ regulã quaz tradit
Bar.in.l.si titius.in.iij.col.ꝑ illũ tex.ff.de verb.obli.et ita cõcludunt
Imo.et Moder.in.d.l.ita stipulatus magna.et Ang.de are.insti.
16 de actio.in pn̄.¶ Extra glos.inquantũ Bal.in.ij.q.tangit† si pro-
mitto facere consentire filiũ meũ sub certa pena cuz erit legitime
etatis ⁊c.adde qd qui ꝓmisit qd minor ratificabit cõtractum,cuz erit
ꝑfecte etatis sub pena,nõ cadit in penaz,si minor nolit ratificare,
eo q2 enormiter sit lesus:ita per pulchras rationes cõsuluit Pet.
de ancha.in consi.cccxxxvij.incip.visa facti nar.ij.colũ.Ias.Pad.

1 ☞ Pactũ de succedẽdo non valet,et nullã obligationẽ inducit,
etiam si iuramentũ interuenisset.nu.2.limita tñ vt.j.nu.3.
4 Plus põt consuetudo vel statutum q̃ pactum iuratum.
5 Quod non potest fieri per pactuz,q2 contra bonos mores,nõ po-
test illud fieri per statutum.
6 Licet dos sit multũ priuilegiata,tamen hereditas nõ potest da-
ri per pactum,etiam in causam dotis.

Pactum quod dotali.

Hoc dicit i summa.
1 †pactum de succedẽdo nõ vz,et nullã obligationẽ in-
ducit.h.d.in effectu.¶ No.qd pactũ initũ inter patrez
et filiã super hereditate patris,adeo est nullũ,qd nullam inducit
obligationẽ.et vt sit dubiũ in hac.l.pone casum in filia emancipa
ta:cõcordat.l.cum donationis.j.tit.j.l.stipulatio hoc modo conce
pta.ff.de verb.obli.l.ex eo.C.de inuti.stipu.Hinc dicunt Bald.et
Sali.per hãc.l.qd decipiunt͛,qui cõtemplatiõe talis pacti capiũt
filiã alicuius in vxorẽ:ratio huius.l.est q2 tale pactũ est cõtra bo-
nos mores,etiã cano.duplici respectu.Primo est q2 inducit votũ
captande mortis contra.c.ne captande.de cõces.prebẽ.in.vj.itẽ au
fert liberã facultatẽ testãdi.cõtra.l.j.C.de sac.san.eccle.¶ Istaz le-
gem extende tripl'r postea limita quatuor modis.¶ Primo extẽ
de vt ꝓcedat nedũ in pacto,sed etiã si stipulatio intercessisset.d.l.
stipulatio hoc modo cõcepta:et est glo.et ibi Bar.in.l.cũ donatio-
2 nis.j.tit.j.¶ †Scdo extẽde/etiã si iuramentũ interuenisset:q2 cuz
istud pactũ sit cõtra bonos mores,nõ firmatur iuramẽto:vt in re
gula non est obligatoriuz.ita tenet glo.in.l.si qñ.§.illud.in verbo
pregrauari.C.de inoffi.test.gl.in.l.pactũ.et ibi Bal.in.v.opp.C.de
colla.Bar.in.l.si qs pro eo.in primo membro.ff.de fideius.et in.d.
l.stip'lo hoc modo cõcepta.in.j.col.et in.l.fina.vbi etiã Ang.j.eo.et
doc.hic.d.Ant.de but.in.c.cũ contingat.in.iij.col.de iureiur.He
mi.in.c.q̃uis.de pac.in.vj.et Io.aluaro.in.c.moribus.si de feu.de-
func.cõten.sit inter do.et agna.q̃uis in cõtrariũ et male teneat sol⁹
Bal.in.d.c.morib⁹.¶ Tertio extẽde fm Bal.in.l.cũ archimedo-
ram.C.vt in pos.leg.etiã si socer dolo induceret generũ ad capien
dum filiam suã in vxorem,sub spe pacti relinquende hereditatis:
nam nõ poterit gener deceptus agere de dolo ad interesse contra
heredes soceri:ita dicit esse tex.expressum hic:ex quo pactuz non
3 valet:qd bene no.pro extẽsione pulchra huius.l.¶ †Limita istã
legem/vt procedat qñ pater fecit postea testamentũ,in quo solos
masculos heredes instituit:prout ꝓprie loquitur ista.l.si autez ab
intestato decessisset,ista pactio inter filios seruaret͛ ab itestato,lo
co vltime voluntatis patris.l.fin.C.fa.her.et filia equal'r succede-
ret cum fratribus,dato qd extaret statutũ/qd existẽtibus mascu.
femine nõ succedãt.fm.d.Alex.hic:pro quo adde bonuz tex.in.l.
hereditas.in verb.vice testamẽti.C.de pac.cõuen.q̃uis cõtrarium
teneant Paul.de ca.et do.Anto.de alex.hic.¶ Scdo limita inter
milites:vt in tex.sing.in.l.licet.j.eo.¶ Tertio a paritate,limita in
pia causa fm Bal.in.l.fi.j.e.ponã late in.d.l.lz.¶ Quarto limita,
nisi per statutũ vel cõsuetudinẽ tale pactũ validaret͛.fm Bald.in
d.l.cũ archimedorã.per tex.in.c.filij nati.in verb.ex vsu tñ admitti
tur.si de feu.defunc.conten.sit inter do.et agna.et idẽ Bald.in.l.de
quib⁹.in.ij.col.ff.de legi.¶ Bene etiã facit qd pulchre vult Imo.
in.l.ille autẽ.ad fi.ff.de here.insti.q̃ inter fratres quos vulgo iura
tos dicimus,pactũ de succedẽdo ad inuicez firmaret͛ cõsuetudine
4 vel statuto:sicut.l.statuit in militib⁹.d.l.licet.j.eo.†¶ Ex istis in-
fero qd plus põt cõsuetudo vel statutuz,q̃ pactũ iuratũ:patet q2
pactũ de succedẽdo nõ firmat͛ iuramẽto,vt predixi:sed bene cõsue
5 tudine vel statuto:ista cõclusio nõ est bona:†q2 qñ aliquid nõ põt
fieri per pactũ,q2 sit cõtra bonos mores:illud etiam non põt fieri
per statutũ vel cõsuetudinẽ,que dicitur sanctio sancta et honesta.
c.erit aũt.prima distinctione.ita no.Barto.in.l.oẽs populi.in.iij.
q.iij.partis prin.ff.de iusti.et iure.ita tenet ipsemet Bald.in.l.ij.in.
iij.col.C.que sit lon.cõsue.do.Alex.hic:et in.l.fi.j.eo.et in.l.pactum.
j.de colla.et in.d.l.stipulatio hoc mõ cõcepta.¶ Quid aũt si fieret
illud pactũ:de quo in hoc tex.hoc acto si decederet sine testamen
to:an tũc valeat,cuz nõ auferat liberã facultatẽ testãdi:ponit do.
Alex.in cõsi.xxviij.in.iij.volu.incip.ponderatis verbis instrumen-

a ¶ Fauori suo. Adde Bal.in.l.ij.C.de vsufructu lega.

b ¶ Scriptura. Add abba.in.c.ex tenore.in.j.no.de cõces.ꝓbẽ.Io.de imol.in.c.cũ in iure.de off.delegati.

ti:tu consydera q̃ hic sunt due ratiões,vñ lz vna cesset.tñ militat
alia.s.votum captande mortis.¶ Scdo no.ex hoc tex.fm Bal.et
6 Sali.†qd lz dos sit multũ priuilegiata.l.j.vbi doct.ff.solu.mat.tñ
hereditas nõ põt dari per pactum,etiam in causam dotis.vt hic
et.l.hereditas.j.de pac.cõuen.q2 fauorabilior est causa liberi arbi-
trij in testatore,q̃ sit causa dotis/vt hic in tex.

1 ☞ Ius fideicõ.conditionalis potest pacto remitti.
2 Fauori suo quilibet potest renunciare.
3 Ualet societas cõtracta inter aliquos,lz nõ sit factum instrumen
tum,si probetur per testes.
4 Collatio beneficij potest probari per testes,sicut et renũciatio.
5 In quibus casibus requiratur scriptura/remissiue.
6 In omnibus casibus in quibus requiritur scriptura,si intercessis
set,et esset perdita,admitteretur probatio per testes.
7 Familia potestatis nõ põt facere executionẽ personalẽ,nisi osten-
dat licentiam in scriptis.
8 Commissio citationis an requirat scripturam.
9 Magna priuilegia requirunt scripturam.
10 Si quis alienat rem subiectam fideicõ.in ꝑsentia fideicõmissarij,
talis presentia sibi non preiudicat.
11 Quando presens actui nõ potest cõtradicendo impedire ne act⁹
fiat,nunq̃ sua taciturnitas sibi preiudicat.
12 Qui permittit aliquem testari de re sua,sibi preiudicat.
13 In cõtractibus nõ requiritur scriptura/pro eorum validitate.

Cum ꝓponas filios.

Ista.l.vno structu ver
borũ structa est,ideo cõmodã diuisionẽ nõ recipit:põt
1 tñ breuiter ita summari.†Ius fideicõmissi vniuersalis
põt pacto remitti,vñ aliter:fideicõmissum reciprocũ sub cõditiõe
fratribus iniunctũ,põt ꝑ eos pacto inuicẽ remitti.h.d.et tñ valet
pactũ sine scriptura q̃tũ cũ scriptura.h.d.l.sequẽs.primã materiã
2 vidimus in.l.j.s.eo.¶ †Not.tñ illud quod vulgariter dicitur qd
a fauori suo[a] quilibet põt renunciare.qd qñ procedat,habet͛ in.l.si
quis in cõscribẽdo.et ibi late videbitis.j.eo.similiter habet͛ in.c.si
diligẽti.extra de foro cõpe.vbi late tradit͛ per cano.¶ In.l.pactũ
qd bonafide.adde qd cõsuluit Lud.ro.in cõsi.cvj.qd inci.viso the-
3 mate prenarrato.†qd valet societas cõtcta inter aliquos,licet non
4 factũ sit instrumentũ,sed probet͛ per testes.†Item adde qd colla-
tio beneficij sicut et renunciatio põt probari per testes:nec requi-
rit scripturã.ita no.Bal.in.c.ij.per illum tex.de restit.spo.et anno
5 preterito fui de facto interrogatus.Reg'la hui⁹ tex.†fallit in ple-
risq3 casibus,hic remissiue not.in glo.et in.l.cõtrahit͛.ff.de pigno.
et est gloss.magistra que enumerat.xxxv.casus,in quibus scriptu-
b ra[b] de necessitate requiritur.in.c.j.de cẽsi.in.vj.Spec.in titu.de in-
strumen.edi.§.restat.ver.sed si alij.Bald.in.l.gesta.C.de re iudic.
¶ Ultra quos not.alios duos.Primo qd licẽtia iudicis de intrã
do in possessionẽ nõ põt ꝓbari nisi ꝑ instr̃m seu scripturã,et nõ per
ta/ꝙ licet ex prestatione decennali presumatur titulus allegatus
precessisse:tamē ista est solum presumptio iuris,vnde admittitur
probatio in contrariū.fz Cy.in.x.q.⁊ Pau.de cast. Bal.in.l.ij.C.
de do.promissio. Joan.and.in.c.fi.de causa pos.⁊ proprie.d.An.
in.d.c.peruenit.d.Alex.in.d.consi.cxiij.⁊ est de mente Archi.xviij
q.ij.in.c.seruitium. Quarto limita fm Bal.hic/ꝙ ex prestatione
decennali presumitur causa.est verū si expresse allegetur per par
tem.als secus.l.si adulterium cum incestu.§.ijdem pollioni.ff. de
adul.facit quod vult Bar.in.l.cum quid.in vlti.col.ff.si cer.peta.
secundo facit quod vult Bar.in.l.rem alienam.in.ij.col.ff.de pig.
act. Tertio facit quod vult Bal.in.c.si quis p triginta.in.iij.col.
si de feu.defunc.cōten.sit inter do.⁊ agna.quicquid teneat.d.An.
in.c.peruenit.de emp.⁊ vendi.¶Quinto limita/vbi tractatur de
preiudicio tertij.tunc requiruntur. xx.anni.ita videtur tex.singu
laris cum glo.in.d.c.peruenit.⁊ ibi cano.maxime Imo.in.vj.col.
sequitur.d.Alexā.in consi.j.in.iiij.volu.qd incipit pōderatis his
de quibus in themate fit mentio.in.viij.col.⁊ in consi.xvij.in.iiij.
volu.quod incipit viso instrumento locationis.in.iij.col.sed hoc
reprobat idem.do. Alexan.sibi contrarius in.d.l.qui in aliena.in
prin.in.iiij.col.per illum tex.¶Sexto limita vbi agitur de obli-
gando aliquem ad seruitiū personale,puta ad ius vasallagij,vel
subiectionis.tunc requiruntur.xxx.anni,fm Bar.post antiquos.
in.d.l.litibus.⁊ in.d.l.solent.§.j.⁊ in.d.l.cum de in rem verso.circa
fi.Cyñ.⁊ Bald.hic in vlti.col.d.Anto.in.d.c.peruenit.¶Septi-
mo limita specialius puta in beneficijs ecclesiasticis.fm Bal.in
c.ex parte.ade.in.j.col.de resti.spo.⁊ in.c.contingit.in.xiij.co.de do
lo et contu.vbi dicit ꝙ illa.l.non habet locum in titu.ecclesiasticis
vide.j.in pe.limitatione.¶Octauo limita quando omnes solu-
tiones fuerunt separate,nō si vna pro.x.annis.fm Cyñ.hic in.vj.
q.dixi.s.in tex.¶Nono limita quod licet qui soluit tribus annis
presumatur retro soluisse,vt dixi . s.in tex.tamen ad probandum
solutionem decennalem,per.d.l.cum de in rem verso.non sufficit
probare solutionem trium vltimorum annorū fm.d.Anto.in.c.
litere.de dilatio.¶Decimo limita quando quis prestitisset tāto
tempore cuius initij memoria nō esset in contrarium,tunc absqz
allegatione alicuius tituli,presumitur obligatus ad soluendum
in perpetuum,fm Cy.hic in pe.q.Ange.⁊ Pau.de cast.hic Bar
in.d.l.cum de in rem verso.in.ij.col.Bal.in.l.ij.C.de fideicō.Joā.
and.⁊ alij in dicto.c.peruenit.facit glo. xviij.q.vlti.in. c. seruitiū.
¶Undecimo limita/quādo ille qui possedit.x.annis,haberet p
sumptionez iuris contra se:vt i laico qui percepit decimas lōgo
tempore de re ecclesie.nā nisi probet habuisse in fundū ab eccle
sia,non potest niti ex sola possessione:fm do.Anto.in.c.cum apo
stolica.de his que fi.a prela.si.cōsen.ca.Cy.hic in pe.q facit quod
statim sequitur.¶Duodecimo limita/quādo quis pretēdit titu
lum donationis,quia cum non probent ex prestatione decennali,
per.d.l.cum de in rem verso.cum habeat presumptionē iuris in
contrarium, ꝙ nemo presumitur donare,et sic iactare suum.l.cū
de indebito.§.fi.ff. de proba.ita limitat notabiliter Bal.in.l.fi.C.
ne de sta.defuncto.per glo.in.l.solent.§.fi.ff.de offi. procon.et leg.
aliquid Sali.hic/facit quod vult Bar.in.d. l.cū de in rem verso.
ante finē.Extra glos.adde breuiter inquantuz Bal.in.iij.col.no.
ꝙ si emphiteota perdiderit instrumēta emphiteotica,quod qua-
lis apparet solutio,tales presumuntur precessisse contractus:qd
est multum notabile fm eum.tu potes limitare fm eundē Bal.
in.l.non idcirco.C.de iur.⁊ fac.igno.item dum idem Bal.hic sub
dit/ꝙ cōfitens rem esse censualem,statim sibi plene preiudicat in
iure census.adde tex.in.l.censualis.et ibi Bald.ad hoc not.C.de
donatio.Jason Padue.

1 ☞ Potest quis renuntiare priuilegio fori.
2 Qui confitetur se non vsurum priuilegio fori,intelligitur facere pactum de non vtendo tali priuilegio.
3 Militia non est dignitas.
4 Doctor de iure debet precedere militem.
5 Non est licitum contrahentem secum decipere.
6 Dictio omnimodo,idem importat ꝙ ipso iure.
7 Quilibet potest renuntiare iuri suo,⁊ fauori suo.
8 An quis possit renuntiare beneficio.l.si vnꝗ.C.de reuo.dona.
9 Exceptio que non potest opponi coram ordinario,vel coram delegato/non potest etiam opponi coram arbitro.
10 Judex qui absoluit ab obseruatione iudicij, licet per hoc non sit perempta actio vel ius partis,tamen facit litem suam.
11 Quādo alternatiua ponitur inter genus et speciem,illa alternatiua non stat proprie:sed resoluitur in expositiuam.
12 Partes nō possunt renūtiare legi que aliqd pro forma inducit.
13 Nemo est dominus membrorum suorum.
14 Regula nostri tex.est vera quatuor currentibus.

15 Stante statuto ꝙ notarij priorum nihil salarij possint capere pro
scripturis quas faciunt, etiam si aliqua pars vltro offerat, ⁊ velit
donare ⁊ renuntiare statuto, non potest.
16 Juramento prohibitiuo renuntiari non potest.
17 Vbicunq; in aliquo actu apponitur a superiore clausula annul-
latiua actus, non potest consensus partium ei renuntiare.
18 In criminalibus non potest quis renuntiare defensionibus.
19 Quando renuntians fuit certioratus de preiudicio suo, potest be-
ne renuntiare: alias secus.
20 Quis potest renuntiare nullitati, seu iuri dicendi nullum.
21 Compromissum nedū potest fieri de causa principali, sed de quo-
libet incidenti.
22 Stante statuto ꝙ quelibet causa committatur consilio sapiētis,
si articulus iuris sit certus, non debet committi.
23 Idem verbum geminatum non plus operatur ꝗ̃ simplex.
24 Geminatio mandati procuratoris nil operatur.
25 In actibus hominum ad hoc vt dicatur geminata confessio, vel
interpellatio, vel solutio, bene requiritur interuallum: sed in ge-
minatione verborum, non requiritur interuallum.

Si quis in conscribendo.

Quāuis Bar. Sali. ⁊ Ful. diuidāt istam. l. in quatuor:
tñ qꝛ eorū diuisio est defectiua: tu diuide in sex. In pri
ma ponitur thema. In scda dubitatio antiquorum. In tertia de
cisio. In quarta assignat duplex rō decidendi. In quinta extendi-
tur ad omnes iudices ordinarios delegatos, ⁊ etiam arbitros. In
sexta ⁊ vltima puniuntur iudices contrafacientes. scda ibi licet an
tea dubitatur. tertia ibi: sancimus. quarta ibi: si enim. quinta ibi:
1 omnes itaq; iudices. sexta ibi: scituros. ¶ † Hoc dicit. potest quis
renuntiare priuilegio fori, sicut omni alij iuri in eius fauorē indu-
cto: ⁊ quilibet iudex, vel arbiter admittens exceptionē declinato
riam fori non admittēdā, eo quia pars renuntiauerat, facit litem
suam. h. d. ⁊ ista. l. est not. ad multa vt statim videbitis. ¶ In pri-
mis pōdera tex. ibi si quis in conscribendo. qui videt probare/ qꝺ
ad hoc vt habeat locum ista. l. requiritur renūtiatio in scriptis fa-
cta in instrō. ⁊ sic innuit/ ꝙ si esset facta viua voce, in pñtia testiū,
qꝺ nō sufficeret. tñ glo. ⁊ doc. dicūt ꝙ adhuc idē esset: qꝛ tm̄ valet
pactū sine scriptura, ꝗ̃tum cū scriptura. l. pactū qꝺ bona fide. ꝰ. e.
¶ Scdo pondera tex. ibi sese. ꝙ illa geminatio, nō plus operatur
ꝗ̃ simplex verbum: de quo dixi infra in vltima columna vbi vide.
2 ¶ † Tertio no. ex tex. ibi. confessus fuerit. ꝙ qui confitetur se non
vsurum priuilegio fori, intelligitur facere pactum de non vtendo
tali priuilegio: eo qꝛ ꝯfessio facta presente parte hꝫ vim pacti. l. ta-
le pactum. in prin. ff. e. ſm Sali. ⁊ Moder. hic Bal. in. l. si quis in
conscribendo. ꝰ. de epis. ⁊ cle. ¶ Adde qꝺ vult gloss. sing. ⁊ admi-
randa in. l. j. ⁊ ibi Barto. ⁊ alij. ff. si quis in ius voca. non ier. qꝺ ista
renūtiatio priuilegij fori operatur mirabilē effectū/ qꝺ in ꝯtracti-
bus habeat locū remissio: hoc est, ꝙ si iste qui cōtraxit in ista ciui-
tate, reperiretur hic: posset hic cōueniri: pone ꝙ sit alibi, ex eo qꝺ
renūtiauit priuilegio fori dꝫ remitti ad istum locum: ⁊ ita limita-
tur tex. in. c. romana. ꝰ. cōtrahentes. de fo. cōpe. in. vj. glo. ⁊ doct. in
l. heres absens. in princi. ff. de iudi. an tñ illa glo. verū dicat ibi po-
sui. Tu pondera aliter istum tex. in dicto ver. confessus. ⁊ consyde-
ra an posset dari alius nouus intellectus ad istum text. iungendo
doc. Bald. in. l. si pater. C. ne de stat. defun. vbi dicit singulariter
Bald. ꝙ si prorogatio iurisditionis fit per confessionem, tunc non
habet locum penitentia. ar. l. si hominem. ꝰ. fi. ff. depo. ⁊ sequitur
Alex. in. l. si conuenerit. in. vj. fal. ff. de iuris. om. iu. in ver. sed eque.
quia licet tex. iste dicat cōfessus, tñ non se fundāt in cōfessione: sed
3 in ratione/ qua quilibet potest renuntiare fauori suo. ¶ † Quarto
pondera tex. ibi militie vel dignitatis. hic probari ꝙ militia non
est dignitas, ꝓpter alternatiuā que cadit inter diuersa vt per glo.
in rub. ff. si ag. vectiga. vel emphi. pe. simile habes in rub. C. qui mi
li. non pos. lib. xij. ⁊ dicit ꝙ serui vel liberi non possunt aspirare ad
dignitatē vel militiam: ⁊ tex. in. l. maior. de digni. lib. xij. ⁊ tex. me-
lior de iure in. l. fi. in ver. non militia sed dignitas. C. qui mili. poss.
lib. xij. ⁊ quod militia non sit dignitas. est glo. in. l. j. C. de equest. di
gni. lib. xij. Bar. in. l. ex eo. ff. de test. mili. ⁊ in repetitione. l. j. C. de di
gni. lib. xij. in. x. col. in ver. iiij. infertur ex predictis. vbi plus dicit/
4 ꝙ militia nedū non est dignitas: sed nec nobilitas. ¶ † Hinc sume
a ar. ꝙ doctor de iure[a] debet precedere militē, cum doctoratus sit
b dignitas[b]. c. quāto. de magi. Bar. in proemio. C. ad fi. prin. ⁊ in. l.
fi. C. de iude. ⁊ in. l. omnes. in fi. C. de decurio. lib. x. ⁊ in. l. ex eo. ff. de
test. mili. ⁊ in. l. generaliter. in fi. ff. de decurio. ⁊ no. Panor. in. c. pro
posuisti. ad fi. de proba. ⁊ quod de iure doctor debeat precedere
militem, cum propria virtute fulgeat. l. si quid bello. in princi. cum
gloss. not. ff. de capti. determinat Bald. in proemio ffōrum. in vlti.
col. nisi essent doctorelli, qui proprie vocantur doctores pedanei:
qꝛ parū meruerunt: ⁊ dicit idē Bald. ꝙ bononiē. faciunt doctores
egregios precedere quoscūq; milites. idem tenet Bal. in. l. qꝺ con-
stitutū. per illū tex. in fi. ff. de test. mili. de quo vide late. d. Alex. in. l.
centurio. in. iij. col. ⁊ duabus sequentibus. ff. de vulg. ⁊ pup. ¶ Il-
lud qꝺ dixi ꝙ militia nō est dignitas, limita tribꝰ modis. ¶ Pri-
mo in militibus vrbis rome: qui ꝓprie equites dicunt. nō ab equi
tatu, sed ab equitate. qꝛ eorū officiū erat equitatē ⁊ ius tueri: preci
pue orphanorū viduarū ⁊ similiū ꝑsonarū. vt. l. j. C. de equest. dig.
li. xij. Barto. in repe. in. d. l. j. in. x. col. in ver. quarto infert ex predi-
ctis. ¶ Scdo fallit in magistro militū, quē vernacula lingua con-
ductorē armorū appellamus. tex. est sing. in. l. per orientē. C. de offi.
ma. mili. ¶ Tertio fallit/ nisi militia iungat alij dignitati: puta si a
doctor efficiat miles: nā tunc militia est dignitas: ⁊ dicit habere
duplicem dignitatē. ita sing. limitat Albe. de ro. in. l. milites. C. lo-
ca. refert ⁊ sequit. d. Marti. lau. in tractatu de prin. in rub. de mili.
conclusione. xiiij. ideo precederet alium qui non haberet nisi vnā
dignitatē: sicut determinat in eo qui est miles ⁊ comes, Bal. in. l.
5 sed ⁊ milites. in prin. ff. de excu. tu. ¶ † Quarto no. ex tex. ibi ⁊ con
trahentes decipere. quod nō est licitū decipere cōtrahentē secum.
concordat tex. in. l. sed ⁊ si pupillus. ꝰ. sꝫ si alias. ff. de insti. acti. ⁊ in
l. j. ꝰ. magistrū. el. ij. de exercito. in cōtrariū facit qꝛ imo licitū est con b
trahētibus inter se decipere. ita dicit tex. in. l. itē si ꝓcio. ꝰ. quēadmo
dū. ff. loca. ⁊ in. l. in cause. in. ij. ꝰ. idē pōponius. ff. de mino. Bald. in
rub. C. de cōtrahē. emp. in. xij. q. ⁊ istud procedit etiā de iure cano.
dūmodo deceptio nō sit vltra dimidiā iusti precij. c. pe. emp. ⁊ ven.
Rñde quicquid dicat gl. hic in ver. decipere. cū qua alij transeunt:
ꝙ a prin. qñ ꝯtractus est in fieri, licitū est tūc decipere: vt in precio,
vt in valore rei: ita loquūtur cōtraria sed postꝗ̃ cōtractꝰ est per-
fectus, non est licitū decipere in nō obseruando cōtractū. ita pro-
prie loquitur text. hic. ¶ Adde tñ/ ꝗ̃uis licitū sit contrahentibus
inter se decipere in foro ciuili ⁊ cano. vt dixi: tñ istud non conuenit
bono viro. gloss. est notabilis in. l. semper in stipulationibus. ff. de
regu. iur. quā reputat singularē Bal. in. c. si proponēte. de rescri. ⁊
in. c. quanto. in. iij. col. de iureiu. Bald. in aut. ad hec. in pe. col. C.
de vsur. Et ꝑ hoc infert pulchre Bald. in. c. cū causam. secundo. de
testi. quod conscientia idē est quod bonus vir. si nō lꝫ bono viro,
non etiā lꝫ in foro conscientie: ⁊ ideo subdit, quo ergo ibit anima
mercatorū: ⁊ idē qꝺ in foro conscientie non sit licitum contrahenti
bus se decipere: tenet. d. Ant. in. d. c. pe. ⁊ in. c. qꝛ pleriq;. vbi etiam
Panor. de immuni. ecclesiarum. late Sali. in aut. ad hec. in. xxj. q.
C. de vsur. Item adde ꝙ per illā glo. in. d. l. semper in stipulationi-
bus. refert Jo. de ana. in. c. in ciuitate. de vsur. qꝺ tractauit quen-
dam contractum factū cū episcopo, qꝺ fecit positionē deceptato-
riam episcopo, qꝺ erat bonus vir: ⁊ episcopus rñdit quod sic: ergo
sumus in casu. d. gloss. l. semper in stipulationibus: sed tu caue qꝺ
episcopus nō tenebatur rñdere huic positioni/ per id qꝺ no. Bar.
6 in. l. qui iurasse. ꝰ. si pater. vbi dixi. ff. de iureiuran. ¶ † Sexto pon-
dera tex. ibi omnimodo obseruanda sunt. ꝙ ꝗ̃uis. l. vtatur dictio-
ne omnimodo. que est precisa. l. omnimodo. ⁊ de inoffi. testa. gloss.
in. d. l. si cum exceptione. ꝰ. quatenus. ff. ꝙ me. cau. alibi importat
idem quod ipso iure. glossa est singularis. in. l. j. ꝰ. si pecunia in sa-
culo. ff. deposi. quam Ludoui. in. l. singularia. ff. si cer. pet. reputat
singularem: ⁊ dictio omnino denotat ibi esse executionē paratā.
ita inquit Barto. in. l. j. in vlt. col. ff. iud. sol. non tñ per hoc vult di-
cere tex. ꝙ pacta producāt actionē. ⁊ hūc tex. valde no. ad capitulū
primū extra eo. qa licet tex. ibi dicat/ qꝺ pacta seruētur. nō per hoc
sequitur: ergo actionē producūt. quia fortius tex. hic per dictionē
precisam dicit pacta cōuenta omnimodo obseruanda sunt: ⁊ per
hec tñ nō sequitur, ꝙ actionē producat. ratio/ qꝛ lꝫ verbum omni-
modo precise sit significationis, vt dixi, tñ recipit determinationē
congruā illi cōuenientē. sic inquit Bal. in. l. super rebus. in. j. colū.
C. de contrahē. emp. per tex. in. l. stipulatus sum damā. ⁊ ibi Bar.
idem no. ff. de verb. obl. Bal. in. c. ij. ad fi. de rescrip. ⁊ in. l. filiussa. ꝰ.
fi. ff. de procura. Et ideo per tex. in. d. l. stipulatus sum damam. de
cidit egregie Bald. in. l. omnes populi. in. xvij. colum. ff. de iusti. ⁊
iur. ꝙ licet statuto ciuitatis caueatur, ꝙ statuta precise intelligan-
tur prout iacent: tñ recipiūt interpretationē congruā ⁊ laudabi-
lem. ¶ Septimo no. in ver. cum alia. regulam vulgatā, ad quam
7 tota die allegatur ista. l. † ꝙ quilibet potest renuntiare iuri suo, ⁊
suo fauori: ratio huius regule est/ qꝛ in re propria quilibet est mo-
derator ⁊ arbiter. l. in re mandata. C. man. etiā in abutendo. tex. est
singu. in. l. sed ⁊ si lege. ꝰ. consuluit. in ver. cū re sua se abuti putant.
ff. de peti. here. iniquū enim est, ingenuis hominibus liberarū re-
rum suarū administrationē auferri, dixit iuriscōsultus in. l. nō vsq;
adeo. in. fi. ff. si quis a paren. fue. ma. ⁊ iustum est vnicuiq; sua com
mittere. l. nemo exterus. C. de iude. hinc videmus qꝺ bñficio pur-
gationis more potest pacto renuntiari. tex. est no. in. l. sancimus. ꝰ.
sed si quidē. C. de fideius. ſm Bald. in. l. si pacto quo penā. ad fi. ꝰ. e.
¶ Hinc etiam videmus/ ꝙ sicut beneficio appellandi potest re-
nuntiari. l. fi. ꝰ. fi. C. de tempo. appel. ita potest renūtiari iuri dicen-
8 di nullū ſm Jo. de ana. in ꝯsi. l. qꝺ inci. in rōne eustachij. ¶ † Iuxta
hanc regulam quero de vtili questione: certū est qꝺ si aliquis non

a ¶ Doctor de iure. Adde gl. ⁊ Bal. in. l. qꝺ cōstitutū est. ff. de testa. mili. ꝑ Bar. ī proe. ff. in fi.

b ¶ Cū doctoratus sit dignitas Adde Pau. de eleazā. in cle j. in ver. officij. de sen. ⁊ re iudi. Ab. in ca. clerici. el. ij. de vi. ⁊ ho. cle. in. vj. col. Abb. in ca. a nobis. el. ij. sup glo. in versi. relaxatū. de sen. excō. Abb. ī. c. j. de iude. ver. ex his infero. abb. in c. cū sit. el. ij. in. j. not. e. ti. abb. in. c. j. in vlti nota. de priui. abb. in c. clerici. ī. ij. colū. de iudi. Abb. in. c. ij. in. j. col. ꝺ peni. ⁊ remis. ⁊ Alexan. de imo. consil. xv. in vlt. col. in. j. vo. Ale. de imo. ꝯsil. xviij. in vlt. col. ī eo. vol. Alex. consi. xciiij. in. ij. col. in eo. vo. Alex. consi. xxiiij. in. ij. vo. ⁊ Ind. de vrbe in trac. de dignitate doctoratꝰ incipiēte manifestissimū eē vobis censeo. ¶ Vide subtilem. d. phil. deciū i regula semper in stipulationibꝰ. ff. de regu. in.

habens filios donat, si postea nascantur filij, per talẽ natiuitatem filiorum ipso iure reuocatur donatio. l. si vnꝗ̃. C. de reuocan. dona. xvij. q. iiij. c. vltimo. glo. xiij. q. ij. in. c. si quis irascitur. an huic fauori possit renũtiari & sic an possit renũtiari bñficio dicte. l. si vnꝗ̃. Oldra. lau. in consi. clxxij. qd incip. quidã habens vnicum filiũ. tenuit indubitanter ꝙ non. Idẽ tenet Jo. an. in addi. Spe. in titu. de instru. edi. §. porro. in additione que incipit hoc autẽ certũ est. sequitur Lud. ro. in consi. cclxxix. incip. nõ est dubium ꝙ donatio. vbi subdit sequendã esse opi. Jo. an. abiectis falsitatibus aliorũ. Idem tenet Sali. in. d. l. si vnꝗ̃. & Jo. pe. in practica papien. in forma libelli qñ agitur pro donatione. ¶ Pro ista parte multũ facit/ quia videtur concurrere duplex fauor. s. donatoris. item eius filiorũ. ergo solus pater non potest renũtiare in preiudiciũ filior: vt not. Bar. in. l. hac edictali. in fi. prin. per illum text. C. de secun. nup. cano. in. c. si diligenti. de fo. cõpe. ¶ Tene ɔtrariuz, & melius/ per regulã huius tex. & aduerte ꝙ filij ad reuocandũ donationem patris habẽt duplex remedium. vnum per tit. C. de inoffic. dona. per quem filij reuocant donata a patre, non in totum, sed vsqꝫ ad eoꝝ legitimã: & huic remedio non posset pater renũtiare: q: est inductum fauore filiorũ. scdm remedium est per. d. l. si vnꝗ̃. & istud nõ fuit inductum fauore filiorũ: sed ex presumpta volũtate donãtis. q: l. presumit ꝙ ille qui nõ hꝫ liberos ideo donat, quia nõ credit se habiturũ filios: & si crederet, non donaret: ideo statuit illa. l. qd si nascant̃ filij, reuocet̃ donatio: ergo si expresse renũtiat, cessat presumptio illius legis. l. continuus. §. cũ quis. in fi. ff. de ver. obli. Ita tenet Barto. in. l. titia. scda. §. imperator. in pe. col. ff. de leg. ij. Bal. in. l. j. circa fi. C. de inoffi. dona. & in addi. Spe. in. ti. de instru. edi. in vlti. colũ. in ver. si quis donat. Alb. de ro. in. d. l. si vnꝗ̃. Pe. de anch. in. c. fi. in. v. col. in ver. querit etiam ibi de do. & ibidẽ Jo. de imo. in. x. col. & no. in pe. col. de dona. Idẽ tenet not. Lud. ro. sibi contrarius in consi. xxvj. qd incipit pro decisione eoꝝ de quibus dubitatur. in. ij. col. Raph. cu. in. d. l. titia. §. imperator. in pe. col. & ita de facto ɔsului in ciuitate papie anno preterito ꝑ quodã notabili Mantuano, & se subscripserunt multi doctores huius ciuitatis. ¶ † Octauo no. in ver. omnes itaqꝫ. hic esse tex. no. fm Sali. & Moder. qd exceptio que nõ põt opponi corã ordinario, vel coraz delegato, non potest etiã opponi coram arbitro: & ratio est: quia arbitria sunt redacta ad similitudinem iudiciorum. l. j. ff. de arbi. & ibi Ludo. ro. reputat istum tex. ad hoc singu. ¶ Nono no. ex ver. fin. hic esse tex. sing. fm oẽs/ qd queadmodũ iudex male iudicando vel negligendo facit litẽ suã. l. fi. ff. de vari. & extra. cog. insti. de obli. que ex quasi deli. in prin. idẽ est in arbitro. ¶ Cõtrariũ videbatur: quia sententie arbitri standum est, siue sit iusta siue nõ. l. diez ꝓferre §. stari. ff. de arbi. sed illud procedit quo ad partes, non respectu arbitri. Imo plus probat & decidit subtiliter iste tex. scdm qd eum ponderat solus Bald. in. c. ij. de consti. ꝙ arbiter etiã non obseruans apices iuris, facit litem suam: patet q: iste text. loquitur de exceptiõe declinatoria fori, que est de apicibus iuris. l. si. fideiussor. §. quedam. ff. man. ¶ Sed ad intellectũ huius tex. videndum est, an arbiter qui facit litem suam, intelligatur respectu sortis principalis: an respectu pene adiecte in cõpromisso. Bal. in. c. ne innitaris. in vlti. col. de consti. declarat istum tex. ꝙ intelligitur respectu sortis, non autẽ respectu pene: ibidẽ etiã limitat, qd arbiter negligendo faciat litem suam, verum est circa dãnum: secus si omisisset condẽnare, circa lucrum. Sed tu caue/ ꝙ qñ lucrum iam est radicatum/ prout de dãno. glo. in. l. j. §. si quis propter. ff. de iti. actuqꝫ priua. cum multis alijs que allegat. d. Alex. in. l. non amplius. ad fi. ff. de leg. j. & in. l. iij. ff. de dã. infec. ¶ Limita etiam istum text. fm aut. decernit ius. C. de arbi. de cuius intellectu dic vt ibi per doc. & per Abb. in. c. ij. de arbi. & gloss. fin. hic & melius Cy. in. ij. op. & dic vt hic per eum. ¶ Adde etiam pro ampliatione huius text. illud quod fortius consuluit Lu. ro. in consi. cccxxxviij. qd incip. in casu proposite consultationis aduertendum censeo. in. ij. dubio. vbi in contingentia facti cõsuluit, quod si iudex negligat iustitiã facere, nedum tenetur ipse iudex parti, & facit litem suaz: sed etiã tenetur ciuitas vel princeps qui creauit illum iudicẽ. An iste tex. habeat locum in arbitratore/ dic vt per Bart. in. l. fi. ff. de var. & extraordi. cog. & in. l. fi. per illum tex. ff. si mes. fal. mo. dixe. & in. l. j. C. de discus. li. x. per Imo. in. l. diuus. in vlti. col. ff. de re iudi. cum alijs concordantijs de quibus per. d. Alex. hic. ¶ Vltimo no. hic esse tex. sing.
10 fm Bart. † quod iudex qui absoluit ab obseruatione iudicij, licet per hoc non sit perempta actio vel ius partis, tñ facit litez suam: & dicit Bar. ꝙ est notandum in infinitum: & sic vult qd tunc iudex teneatur ad totale interesse. ¶ Contrarium tenent Bald. Sali. & Moder. hic/ vt habes plenius per. d. Alex. ad quem te remitto. caue tñ inꝗ̃tum allegat contra Bar. tex. in. l. si qñ. in. fi. & ibi Bal. C. de testi. ille tex. nõ videt̃ obstare, dato ꝙ ibi iudex non receperit testes, tñ per hoc non debet ledi ius partis: etiã quo ad istã litem: prout hic in casu Bar. ¶ Capio glo. in verbo dignitatis, quã diuido in duas: nam in prima dum glo. obscure dicit, dignitas genus, sacerdotium species, voluit remouere vnũ cõtrarium/ qd est quia tex. videtur presupponere, qd sacerdotium non sit dignitas propter alternatiuam que cadit inter diuersa: et tamẽ est falsum
a quia sacerdotium[a] est dignitas. l. sacrosancte. et. l. si quis presbyter. C. de epi. et cle. & habetur in verbis domini. vt sit illi sacerdotij dignitas in eternum. glos. obscura vt remoueat istud contrariuz dicit/ ꝙ verbum dignitatis in text. est genus. verbum sacerdotij
11 est species dignitatis. Confirmo per regulam: † quia quando alternatiua ponitur inter genus & speciem, illa alternatiua nõ stat proprie, sed resoluitur in expositiuam. j. glos. est in rubri. ff. si ager. vecti. vel emphi. peta. sic etiam videmus in copula et. que debet cadere inter diuersa. glo. in rub. ff. de iur. et fac. igno. & glo. clarior in. c. querelam. de simo. tamen qñ copula &, ponitur inter genus & speciem, resoluitur in expositiuam. vt patet in rub. C. de serui. et aqua. ¶ In secunda parte que est ibi. et dic de tali sacerdotio gl. opponit contra textũ. et dupliciter soluit. prima sol. non est bona: quia imo hic sacerdotium ponitur proprie pro dignitate ecclesiastica: patet propter. l. si quis in conscribendo. C. de epis. et cle. vbi propter naturã titu. apparet ꝙ sacerdotiũ capitur ꝓprie. scda solu. glo: etiã nõ est bona. q: vitãda est. ll. correctio. l. vnica. in fi. C. de inof. doti. c. cũ expediat. de elec. in. vj. rñde ergo melius vt ꝑ Bar. et alios. ¶ Capio glo. magnã in ver. antiqui. istam glo. diuide in tres. in. j. alle. concordãtes ad tex. in. ij. op. & se remittit. in. iiij. ponit. xxij. fal. ad regulam text. in quibus pro magna parte dicit qd est speciale, vel ꝙ nõ est pactũ. similẽ glo. habes in. l. pactũ. ff. e. et in. §. ga vero matrib9, in aut. vt liceat matri & auie. glo. et doc. in. c. si diligẽti. ð for. compe. ponit late Spe. in ti. de renũ. & cõclusio. §. j. scda ibi: sed cõtra. iij. ibi itẽ fallit hec regula. ¶ Redeo ad scdam partẽ. in qua gl. oppo. de. l. si conuenerit de iurisd. omni. iudi. & se remittit. tene tertiã solu. ibi positã/ ꝙ in hac lege iudex ordinarius habebat iurisditionẽ: sꝫ priuilegio speciali poterat declinari. ideo pactũ de quo in hac. l. valet. quia tollit̃ illud ꝑuilegiũ. sꝫ facilius tollit̃ ꝑuilegiuz ꝙ̃ ius cõmune. l. eius militis. §. militia missus. ff. de test. mili. & hoc modo redit̃ ad ius commune: & res de facili reuertitur ad naturã suã. l. si vnus. §. pactus ne peteret. ver. qd/ & in specie. ff. e. sed in. d. l. si conuenerit. iudex nõ habebat iurisditionẽ in eũ quia erat forẽsis, q: per pactũ promisit qd posset sub eo conueniri: et sic quantum ad forensem agitur de prorogando iurisditione in iudicẽ nõ suũ. ideo locus est penitentie, vsqꝫ ad litẽ cõtesta. vt ibi/ & c. j. de iudi. ¶ Hinc pulchrũ est videre, nũquid posset specialiter renuntiari illi. l. si cõuenerit, vt nõ sit locus penitentie. Albe. de ro. ibi in fi. in vlti. q. tenet ꝙ sic/ per regulam generalem huius. l. sed eũ reprobat. d. Mar. lau. ibi/ q: partes nõ põt renũtiare. l. que aliquid pro forma inducit. l. nemo potest. ff. de lega. j. firmat Bart. hic: sed ꝑ forma. l. est inductum, ꝙ declinatoria fori possit apponi vsqꝫ ad litẽ cõte. l. fi. C. de excepti. ergo illi renuntiari nõ põt. addo lꝫ ipse nõ dicat, ꝙ idẽ in terminis tenet Bal. in. c. p. et. g. in. iiij. col. in fi. de offi. dele. motus q: d. l. si conuenerit. continet ius publicũ, ergo ei renũtiari non potest. l. ius publicum. ff. e. nisi fm eum interueniret iuramentũ. c. si diligẽti. de foro compe. ¶ Teneo primã partẽ: q: nihil obstat quare renũtiari nõ possit d. l. si cõuenerit. per regulã huius tex. iuncta doc. Bart. Nec obst. primũ fundamentũ/ ꝙ qñ. l. aliquid inducit pro forma &c. q: dico ꝙ istud nõ est pro forma: nã vt declarat hic Bar. pro forma dicit̃ esse, ꝙ in testõ interueniãt septẽ testes. qd in stipulatione ꝓcedat interrogatio, & sequat̃ rñsio: qd non est hic. ¶ Non ob. fundamẽtum. Bal. ꝑ. d. l. ius publicum. quia ꝓcedit vt ibi declarat Bart. & hoc, qñ esset ius publicũ. i. respiciens publicaz vtilicatẽ: sed hic respicit priuatam. ¶ Limita tñ qd dixi priuilegio fori renũtiari posse, nisi sit concessum miserabilibus, personis: vt. l. vnica. C. qñ
12 impera. inter pupil. fm Cy. Bal. et Sal. ibi. ¶ † Itẽ adde inquãtum iuxta istam glo. Bar. facit differentiã, aut in instrumento qs promissit posse conueniri in quocũqꝫ loco, et nihil valet: q: potest penitere ante litem ɔtest. d. l. si conuenerit. aut promisit soluere, & tunc secus: quia ratione destinate solutionis sortitur forũ: vt hic per eum. idem tenent Bart. et alij in. d. l. si conuenerit. Bart. in. l. titium. §. j. per illum tex. ff. de admi. tu. et in. l. nõ vtiq. §. si qs ita. ff. de eo qd cer. lo. Cy. & Bal. in. l. si qs in cõscribendo. C. de epis. et cle. d. Ant. & alij in. c. j. de iudi. ita cõiter ꝙuis Ful. hic in. d. l. si conuenerit. & plenius in. d. l. si qs in conscribẽdo. reprobet primũ membrum distinctiõis Bar. ꝑ tria qbus rñdet. d. Alexã. hic. ¶ Tu aduerte circa. c. dilecti. de fo. cõpe. allegatũ per Fulg. d. Alexan. dat nouũ intellectũ, qd ibi mercator anglicanus promisit rñdere, qd idem est qd soluere. glo. no. in. l. iij. in ver. respondere. et ibi Bal. ad hoc not. C. de procu. idẽ Bald. in. l. eam quã in. iij. col. C. de fideicõ. ideo ratione destinate solutionis ibi potest conueniri. iste intellectus non potest procedere: q: si solum esset verbum rñdere, possit ibi intelligi pro soluere: sed cum ibi adsit vtrũqꝫ verbum: quia ibi promisit respõdere, vel soluere: non possumus dicere qd verbum respõdere, ibi ponatur pro soluere: quia hoc modo vnuz esset

a ¶ Or sacer 9 dotiũ. adde tex. in. c. ecce ego. xcv. distinc. & sunt verba originalia Ecclesiastici. xlv.

esset superfluum. Ego aliter dico ad illum tex. q ibi iuxta morem mercatorum promisit in certo loco soluere, vel rńdere. Nã soluere dicitur, qñ actualiter per seipsum tibi soluit: sz rńdere dicitur, qñ per literas cambij facit per aliũ tibi solui: z sic vtroqz mõ ratione destinate solutionis p se vel per alium ibi sortitur ibidem forum. Vel aliter z plenius, ibi delegatus pape habebat iurisditionem: sed eam poterat ille mercator anglicanus ex priuilegio anglicanis concesso declinare. vnde per illud pactum agitur solum de renouendo priuilegiũ, ideo valet/ vt hoc text. Tene doct. Barto. vnde dicit Paul. de ca. hic/ qd vidit in curia romana de facto seruari in instrumentis que fiunt, in quibus pars se submittit iurisditioni cuiuscũqz iudicis ordinarij, etiã nõ sui: nõ hoc solũ sufficit, vt corã quocũqz ordinario possit conueniri: sed dicit q nõ videt qlr possit rńderi ad. d. l. si cõuenerit. z ppterea mirať de illa romana practica: q2 est contra cõmunem sniam doc. ℂ In. iij. parte gl. in. vj. fal. dũ dicit q in. l. nec si volens. C. de lib. causa. nõ fuerũt verba pacti. ista sol. nõ est bona: q2 si ibi fuisset pactum, non potuisset

13 sibi preiudicare per. l. liberis. ff. de lib. cã. vnde rõ est: † q2 nemo est

a dominus mẽbrorũ[a] suorum. l. liber homo. in princi. ff. ad. l. aqui. fm Cy. hic. z cano. in. c. si diligenti. de fo. compe. facit qd vult glo. sing. in. l. pactum inter heredem. ff. e. de qua statim. j. dicam. Vel dic fm Ang. in. d. l. pactum inter heredem: rõ est/ q2 interest reipublice liberos homines esse in ciuitate z non seruos. l. j. ff. sol. ma. ℂ In ea. ibi itẽ cõtra. j. de qd. l. seruos. dic melius q illud ius est inductũ ob reuerentiã patroni: sed iuramẽto reuerẽtiali renũtiari non potest l. alia causa. §. elegãter. ff. so. ma. z. alleg. in glo. ℂ In ea. ibi item. ff. de preca. dic melius q ibi ideo est/ q2 illud pactũ est cõtra substantialia contractus. vt declarat Bart. hic in. l. vbi ita donatur. ff. de dona. cã. mor. ℂ In ea. ad fi. Bart. hic z in. l. ius publicũ. ff. e. ponit longam distinctionẽ, pro magna parte ex verbis Cy. hoc sequuntur ad literam Bal. Sali. z Fulgo. hic. clarius fm Paul. de cast.

14 hic in vl. col. dicit † q regula huius tex. est vera quatuor cõcurrentibus. Primo qd sit ius positiuũ: z sic non nature vel sanguinis. Scdo qd sit inductũ mero fauore renuntiantis. Tertio quod renũtiatio non inducat aliquid contra bonos mores, vel ad delinquendũ. hinc est qd nõ valet pactũ qd facio vicino, ne possim vendere fundũ sine ei[9] volũtate. hoc eñ est cõtra bonos mores, ne possim libere disponere de re mea. tex. est in. l. pe. ff. e. quẽ singu. limita vt p Inn. in. l. qui rome. §. coheredes. ff. de verb. obli. Quarto requiritur q persona q renũtiat sit talis, que libere possit renũtiare. quia nõ sit minor vel mulier. istis quatuor concurrentibus, procedit regula huius tex. quã limita aliquibus modis ex doc. Barto.

15 hic. ℂ Adde etiã aliã fal. que colligiť ex eo qd sing. decidit Bart.

b in. l. inuitus. §. j. per glo. ibi. ff. de reg. iur. † q stante statuto, qd notarius[b] priorũ nihil salarij possit capere pro scripturis quas facit, etiã si aliqua pars vltro offerat, z velit donare, z renuntiare statuto, nõ potest. facit qd no. Bal. in aut. sed hodie nulla. p illũ text. C. de epis. z cle. qd nõ excusať ille qui nõ debitũ recipit, etiã a sponte soluente. facit qd decidit idẽ Bar. in. l. amplius nõ petitũ. in. ij. col. in ver. quero pro declaratione. ff. rẽ ra. hab. In contrarium de no-

16 tario est gl. no. in. c. j. de simo. adde qd statim sequitur. ℂ † Itẽ pro alia fallẽtia, adde/ qd iuramẽto prohibitiuo renũtiari nõ põt. glo. in. l. j. in glo. magna. circa fi. z ibi Bar. C. ne fideiuss. do. den. Bal. in l. de his. ff. de transact. in. l. modestinus. ff. de dona. in. l. si quis pro eo. in. iij. col. ff. de fideiuss. glos. in aut. immo. z ibi Bald. C. de act. z obli. idẽ Bald. in. l. fi. in. xiij. oppo. C. de edi. di. adri. tolẽ. z in. l. quoties el. j. C. de fideicõ. facit bene tex. in. l. non dubium. in ver. prohibuisse sufficiat. iũcto verbo nõ specialiter. C. de. ll. in contrariũ pondera tex. in. c. nonnulli. z ibi sol[9] Bal. in. j. col. ad hoc no. de rescrip. vbi. l. prohibet per rescriptũ quẽ trahit extra suam diocesim vltra duas dietas: z tñ consensu partium potest renuntiari. responde q ibi. l. non simpliciter prohibet: sed vltra procedit disponendo. ℂ Limita nisi interueniret iuramentũ. fm Jo. and. in addi. Spe. in ti. de instru. edi. §. porro. in addi. magna. Bal. in. l. antique. §. fi. C. ad velleia. d. Alex. in. l. si constante. §. quoties. ff. so. mat. in contrarium pondera Barto. in. l. cuz hi. in fin. principij. ff. de transac.

17 ℂ † Itẽ pro. iij. fal. adde qd vbicunqz in aliquo actu apponitur a superiore clausula annullatiua actus, quia diciť si secus attentatum fuerit sit vanum z inutile: tunc consensu partium non potest renũtiari. glos. est not. in. c. statutum. ad fi. priu. in ver. committantur. in. c. dispẽdia. in ver. processus. de rescrip. in. vj. Gemi. in. c. cui de beneficio. de prebẽ. in. vj. glossa not. in. l. a diuo pio. ff. de ri. nup. quam ad hoc alleg. Bal. in. d. l. non dubium. in. x. colum. z in. l. iubemus nulli. §. sane eli. post princ. C. de sa. san. eccle. z in. l. ea que. C. de do. ante nup. z in. c. lator. in fi. de re. iu. z est tex. solẽnis. in. c. dilecto. circa fi. in ver. nisi forte. de preben. quẽ cano. ibi multum not. p singula. z ratio est: quia qñ apponitur a superiore clausula decreti annullatiua, illud censetur datum pro forma: fm Bald. z Ange. in. l. j. ff. de lib. z posthu. sequitur Pe. de ancha. in commen. c. canonum statuta. de consti. in. ver. quero si statuto cauetur qd notarij,

18 ℂ † Item adde quartam fal. qd in criminalibus non potest quis renuntiare defensionibus suis. gloss. est not. in. l. pactum inter heredem. z ibi Bar. circa fi. no. ff. z illam glo. reputat sing. Bal. in. c. cum non ab homine. in vlti. col. de iudi. z in. c. cum venisset. ad fin. de testi. z in. c. quoniam contra falsam. in. xx. columna de proba. z in. c. pastoralis. in. iij. colum. de excep. Et per illam glo. dicit Bal. in. d. c. cum non ab homine. qd stante statuto, quod si aliquis vulnerauerit aliquẽ puniatur in centum: quam penam si noluerit soluere, aut non potuerit soluere intra mensem, amputetur sibi manus: quod si reus ante mensem dicat se nolle soluere, non per hoc poterit ei amputari manus ante lapsum mensis: quia non potest huic fauori renuntiare per dictam gl. in. d. l. pactuz inter heredez. ℂ Limita istam glo. qd licet reus in criminalibus non potest renuntiare defensionibus, tñ potest renuntiare termino: fm Bald. qui dicit ita practicari in. l. si accusatoribus. in. ij. columna. C. de accusa. z in. d. c. quoniam contra falsam. ℂ Scdo limita nisi reus solenniter in iudicio sit confessus. fm Bal. in rub. extra de pac. in penul. col. qui dicit q totus mundus ita obseruat. ℂ Tertio limita d. glo. vt procedat in eo qui est innocens. non in eo quẽ euidenter constet esse culpabilem. fm Bald. in. c. significante. in. ij. colum. de appel. ℂ Quarto limita dictam gl. vt procedat, qñ aliquo modo constat, q aliquas defensiones habebat: alias secus, fm Bal. in. l. nam posteaq. §. si minor. circa fi. per illum text. ff. de iureiurando. ℂ Quinto limita fm Bal. circa fi. vt illa gloss. non habeat locum in exceptionibus declinatorijs fori: quibus potest reus in criminalibus renuntiare: ratio quia in illis non consistit defensio naturalis. vt hic per eum. Item circa doc. Bar. inquãtum concludit qd fauori publico renuntiari non potest: adde idem esse in iudeo, qui non potest renuntiare fauori publico iudeorum. l. die sabbati. C. de iude. fm Bal. in. l. nulla. ff. de. ll. ℂ Item aduerte/ inquantum Bar. vult/ q si sit ius priuatum, inductum propter imbecillitatẽ renũtiantis: qd ei renuntiari non potest. sentit Bar. prout ponderat Raph. fulg. q mulier non possit renũtiare beneficio velleiani. qd videť cõtra tex. in. l. fi. §. penul. ff. ad velleia. Bal. hic saluat bene, si mulier non esset certiorata. Tu aduerte qd Bart. in. d. l. fi. §. pe. firmat mulierem non posse renuntiare velleia. z respondet ad illum tex. vt procedat, quãdo renuntiatio fuit facta ex interuallo: quia tñ contrarium cõiter tenetur, qd imo mulier potest renuntiare velleia. prout cõmuniter firmant doc. in. l. sciendũ. ff. de verb. obli. ideo salua Bar. z cõsydera qd dictuz doctoris debet intelligi fm. ll. quas allegat: vt inquit Bar. in. l. non solum in. ij. §. si liberationis verba. ff. de libe. lega. Sali. in. l. ex cautiõe. in. x. col. C. de non nu. pe. Jo. an. in. c. cum nũtius. de testi. debet ergo intelligi Bart. de imbecillitate ratione minoris etatis. ita loquuntur. ll. per eum

19 allegate: nõ autez de imbecillitate ratione sexus. ℂ † Ultimo circa presentem materiam. d. Alex. z Anto. de alex. hic dicunt regulam huius tex. esse notabiliter limitandam, vt procedat quando renuntians fuit certioratus de preiudicio suo, alias secus. per ca. placuit. xxviij. di. nisi esset iuratum: quia ad iuramentum nemo presumitur accedere nisi certioratus. c. ex rescripto. de iureiuran. allegant Hosti. in sum. in titu. de fideiusso. §. z si quis ver. idem est quem sequitur Jo. an. in. c. ij. de pac. in. vj. ℂ Contra istam limitationem multum facit/ quia speciale est in muliere, vt propter fragilitatem sexus requiratur certioratio. fm gloss. in. l. fi. §. pe. quicquid ibi dicat Bar. ff. ad velleia. firmant communiter doc. in. d. l. sciendum: z Bal. hic qui dicit/ q ideo in muliere requiritur certio

20 ratio, propter presumptam ignorãtiam. ℂ † Item ad materiã adde/ qd potest renuntiari nullitati, seu iuri dicendi nullum. fm Jo. de ana. in consil. cl. incip. in. q. eustachij. z similiter beneficio purgationis more, qd non possit purgari/ potest per pactum renuntiari. tex. est no. in. l. sancimus. §. sed si quidem. C. de fideiuss. fm Bal. in. l. si pacto quo penã. in fi. §. e. ℂ Sed negatiue/ z sic ecõtra. Adde qd iuri prescribendi, z sic q nullo tempore prescribatur, non potest per pactum renuntiari: q̃uis per. l. vel statutum sic. fm Ange. in consi. lv. incipi. Guil. z Franc. in. ij. colũ. similiter non potest renuntiari iuri disponenti ne ex duabus causis lucratiuis quis eandem rem consequatur. fm Barto. in. l. meuius. §. duobus. ff. de leg. ij. in penul. char. in ver. tertio quero. similiter iuri statutorum non potest renuntiari. fm Joan. and. in addi. Specu. in titu. de appel. §. nunc breuiter. in addi. magna. Albe. in. j. parte statutorum. q. xviij. hoc intelligit Bald. in. c. transmissam. de elec. esse verum in statutis negatiuis, z quando procedunt ad annullationem actus ipso iure. per. l. antique. C. ad velleja. z ad hoc adde Bald. in. l. fi. in. iij. oppositio. C. de edi. di. adri. tol. Item in materia vide tex. in. l. penul. ff. e. z dic quod ideo ibi non valet pactum: quia esset contra bonos mores: cum auferat facultatem disponendi de re sua: vt ibi dixi. facit. l. dudum. C. de contrahenda emptio. ℂ Capio glossaz penulti. quam diuido in duas/ prout timore contrarij ponit duos intellectus ad textum. secunda ibi. vel dic qd de hoc.

21 ℂ † In fin. glo. istum fin. multum ponderat Barto. quod cõpro-

a ℂ Mẽbrorũ. Adde. l. sed si. in. §. si ipse seruus. ff. de pen. z gloss. ij. in. c. ex parte. de cor. viti.

b ℂ Qd notari[9]. adde gl. i. c. sicut epz j. q. ij. gl. in. c. qm. de vita z hone. cle.

a missum[a] nedum potest fieri de causa principali: sed de quolibet incidenti. Et per hoc singulariter infert/ ꝙ stante statuto qđ consanguinei ⁊ affines debeant cogi ad compromissum, si sit dubiuz super hoc incidenti, an fieri debeat cõpromissum: certe de hoc incidẽti poterit cõpromitti: ⁊ lʒ Barto. non ponat pro constanti: tñ hoc firmat Ful. Pau. de cast. d. Alex. ⁊ d. Anto. de Alex. hic. ⁊ dicit Ful. se ita obtinuisse de facto, dũ iudex inclinaret qđ sup causa principali non debet fieri compromissum, illi qui volebat fieri/ petijt saltem compromissum super hoc incidenti: an de iure fieri debeat compromissum ⁊ dicit. d. Alexã. quod est vtilissima ⁊ quotidiana decisio in practica. similis glo. in. l. cum proponas. C. de re. credi. ⁊ ibi Raph. fulg. qui hoc dicit se obtinuisse de facto in pulchro casu. ¶ Itẽ glo. in terminis in quibus loquitᷣ reprobãt Moder. Papieñ. quos etiam refert. d. Ant. de alex. hic: q: de hoc dubio an possit renuntiari priuilegio fori, erat aperta decisio. in. d. l. cũ pponas. ergo de ea non poterat fieri compromissum. quia qñ est questio iuris, cuius decisio reperitur apertis libris, de ea non potest fieri cõpromissum: ratio/ quia cõpromissuz debet fieri de re dubia: sed hic non est dubia, ex quo reperitᷣ decisio libris apertis. ita Bal. Sali. ⁊ Ful. in. l. cum proponas. C. de re. cre. Ang. in. l. ij. in princ. C. qñ prouo. nõ est neces. Imo. in. l. si sic stipulatus sum. ff. de verb. oblig. Bal. in. c. pastoralis. in prin. ⁊ ibi Panor. de rescri. Hinc dicit Bal. in. l. ancille. in. ij. no. per illum tex. C. de fur. ꝙ si statutũ disponat, ꝙ omnis q̃stio debeat cõpromitti, intelligitᷣ de questione facti, vel de questiõe mixta: nõ de questione solũ iuris: facit
22 qđ no. Bal. in. l. j. C. de relatio. † ⁊ Bar. in. l. ille aut ille. §. cũ in verbis. ff. de leg. iij. stante statuto/ ꝙ quelibet causa cõmittatᷣ consilio sapientis: certe si articulus iuris sit certus, nõ dʒ cõmitti cõsi. sapien. facit etiam qđ dicimus/ ꝙ positioni iuris ideo nõ est respondendũ, eo quia ius semper est certum. l. ornamentorũ. ⁊ ibi Bar. ff. de aur. ⁊ arg. leg. gloss. in. l. ij. §. qđ obseruari. C. de iu. calũ. salua glo. qđ tẽpore quo nondũ facta erat ista. l. non erat istud certum. ¶ Scđo cõtra istã gl. ⁊ Bar. opponũt. quia ratione finalis huius statuti, est gratia litium minuendarum inter affines. l. ꝗuis. ff. de arbi. sed hoc esset facere litem ex litibus. igitur ⁊c. responde quod obiectum procedit qñ calũniose peteretur compromissum super hoc incidenti, vt lis principalis protelaretur. ¶ Extra glo. p complemento huius. l. vt nihil omittatur/ põdera ex isto tex. † in prin-
23 ci. dum dicit sese. collige regulam qđ idez verbũ geminatum[b] non
b plus operatur ꝙ̃ simplex. similis tex. in. l. si quis in conscribendo. §. de epis. ⁊ cle. ⁊ in. l. si mulier. §. ij. circa fi. C. ad velleia. facit optime qđ vult Bald. in. c. j. §. fi. in. fi. de prohi. feu. alie. per Fede. qđ si vasallus iurat fidelitatem contra omnes excepto sese: ꝙ licet verba sint geminata, nihil operanᷣ/ q: fm Bald. expressio eius qđ tacite inerat non operatur augmentum vel diminutionẽ. ¶ Facit qđ di
24 cit Bal. in rub. extra de procu. in. v. col. in fi. † ꝙ geminatio mãdati procuratoris nihil operatur. per. l. cum procurator. §. si dñs. ff. de ope. no. nun. facit etiam simile, in eo qui respondendo positionibus dicit non p hoc non dicitᷣ affirmare: ⁊ sic geminatio eiusdem negatiue ibi nihil facit/ ꝗuis alias due negatiue soleant affirmare. l. duobus. ff. de regula. iur. ita tenet Cy. in. l. qui se patris. ⁊ ibi Bal. in. iiij. col. C. vnde lib. idem Bal. in. l. j. in. v. colũ. C. de ser. fug. fateor ꝙ quãdo idem verbum non est geminatũ ad compositum, plus operatur ꝙ̃ simplex. ita loquitur. l. balista. ff. ad trebel. nota Barto. de verbo vnusquisqʒ. in repeti. l. j. in. iiij. colũ. §. de sac. sanc. eccle. ¶ Per predicta videtur reprobandum illud qđ singulariter tenet Bal. in. c. fi. de offi. dele. q: qd quãdo in scripto delegatorio ponitur dictio tu tu, vel per te te cognoscas. primum stat demonstratiue, scđm arctatiue seu restrictiue/ ppter geminatã virtutem verborum. d. l. balista. ⁊ per hoc videtur ꝙ delegare nõ possit. ⁊ cum Bald. tenet ibi Imo. ꝗuis. d. Cardina. non firmat/ puto ex predictis confundi. ¶ Adde etiam ꝙ. d. Andre. bar. in. d. c. fi. §. idem quoqʒ. reprobat illud dictum Bal. sed alio fundamẽto. nam fm eum, ista non dicuntur verba geminata, ex quo sunt simul prolata absqʒ interuallo: ergo non operantur effectum geminationis: per illud quod vult gloss. not. in. l. si conuenerit in. j. ff. de pig. act. ⁊ per illud qđ vult Bal. in proemio. C. in vlti. col. ⁊ multa
25 de his recollegi in. l. si certis annis. §. eo. ¶ † Tu aduerte/ quod in actibus hominũ ad hoc vt dicatur geminata ꝯfessio, vel geminata interpellatio, vel geminata solutio. bene requiritur interuallum. ita loquuntur que dixi in. l. si certis annis. §. eo. ⁊ gloss. in. d. l. si conuenerit. sed in geminatione verborum non requiritur interuallum, vt patet in. d. l. balista. cum his que. §. dixi. ⁊ patet in versi. vnusquisqʒ. secundum Barto. in. d. repeti. l. j. in iiij. colum. de sac. sanc. eccleũ. facit text. in. c. eam te. de rescriptis. in verbo mandatum dedimus ⁊ preceptum: ⁊ ibi Bald. multum not. istam geminationem verborum, que simul facta est sine interuallo, ⁊ tamen multum operatur: ⁊ per ista cum laude dei remanet ista. l. satis vtiliter expedita die. xix. Iañ. M. cccclxxxvij. per me Iasonem de Mayno Padue.

a ¶ Qđ compromissum. Adde Specul. ti. de arbi. in. §. fi. v. qđ si cõpromissuz. doc. in. l. si cum dies. in. §. plenum. de arbi. ff.

b ¶ Verbuz geminatuz. adde d istis. vbis geminatis diffuse per Ant. cor. d sicilia in tractatu de vbis geminatis.

2 ☞ Pactum per quod de hereditate viuentis certo mõ disponitᷣ, nõ valet: q: ꝯ̃ bonos mores: nisi ille de cuiꝰ bonis agitᷣ consenserit, et i eadẽ volũtate vsqʒ ad mortẽ pseuerauerit. limita tñ hũc tex. septem modis vt. j. nu. 7.
3 De arduo dubio debent aduocati consulere superiorem: qui habet potestatem disponendi/ ⁊. l. condende.
4 Cõsanguineꝰ viuẽte ꝯsanguineo dicitᷣ habere spẽ hereditatʒ eius.
5 Pactiones inite inter aliquos, de hereditate viuẽtʒ nõ valẽt neqʒ tenent.
6 Statutum disponens ꝙ omnes controuesie inter personas vertentes debeant compromitti: comprehendit etiam cõtrouer. que sunt cum vniuersitate.
8 Paria sunt aliquid fieri tempore licito, vel etiam illicito et conferri in tempus licitum.
9 Actus qui non potest fieri pure, nec sub conditione, nisi fiat sub duabus conditionibus.
10 Conuentio facta super futura successione viuentis valet, consentiente eo de cuius hereditate agitur.
11 Prohibitꝰ disponere de re alicuius, põt eo ꝯsentiẽte disponere.
12 Consensus prestitus in contractu celebrato per aliquos sup here. consentientis, sortitur naturam vltime voluntatis, et efficitur ambulatorius et reuocabilis vsqʒ ad mortem, ex sola voluntate consentientis.
13 Si filia renuntiauit cũ iuramento here. patris viuentis in manibus fratrum et patris, potest pater solus disponere, qđ nõ ob. iura. filia simul cũ fratribus equaliter succedat.
14 Licet aliquis possit obligare, omnia bona presentia ⁊ futura, nõ tamẽ potest obligare rem alicuius viuentis.
15 Non valet concessio prebende non vacantis.
16 Pactum de futura successione potest fieri duobus modis.
17 Si filius cõmisit causam ingratitudinis, ppter quã possit exheredari a patre, si reconcilietur, intelligitur remissa: adeo qđ pater non poterit illum exheredare.
18 An valeat pactum initum inter dñm et vasallũ, qđ vasallus nõ priuetur feudo propter feloniam ab eo cõmittendam.
19 Stãte statuto ꝙ existẽtibus masculis filie femine non succedant ab intestato/ posset pater per pactũ initũ cũ filia facere, ꝙ filia ab intestato succedet, nõ ob. statuto. ⁊ nu. 23.
20 Duo vincula plus operantur ꝙ vnum solum.
31 Filius et seruus in iure querendo per eos possunt preiudicare patri et domino.
22 Hereditas nõ põt dari per pactũ extraneis, secus tamẽ in filijs.
24 An valeat statutũ ꝙ ingrediẽs monasteriũ nõ succedat.
25 Statutum excludẽs a successione regni scđo genitũ, existẽte primo excludit illum etiam effectũ clericum.
26 Paria sunt aliquid fieri tẽpore prohibito, vel fieri tempore licito sed cõferre effectum in tempus illicitum.
27 An valeat pactum de iure succedenl perdendo.
28 Pater emancipans filium, potest retinere dimidiaz vsusfructus in bonis quesitis, sed in querendis non potest etiam expresse conuenire de vsufru.
29 Si testator est mortuus, tunc post mortem patris valet pactũ de non succedendo.
30 Pater potest legitimare filium naturalem, cum pacto/ quod patri non succedat.
31 Si filia faceret pactum de non succedendo ipsis fratribus, et pater consentiret, et perseueraret in consensu vsqʒ ad mortem: valeret tale pactum.
32 An pactum de succedendo affirmatiuum, valeat vel ne.
33 An valeat donatio omniũ bonorũ presentium ⁊ futurorum.
34 Licet minor habens curatorem non possit alienare bona immobilia sine decreto iudicis, tamen ingrediendo monasteriũ in consequentiam persone sue potest omnia bona dedicare monasterio absqʒ decreto iudicis.
35 Patrimoniũ est nomẽ vniuersale, sicut hereditas et peculium.
36 In dubijs opinionibus docto. tenenda est iudicando ⁊ cõsulẽdo op. que fauet ecclesie vel pio loco.
37 Si aliquis dicat dono tibi here. meam, non valet: cum here. sit nomen vniuersale, ⁊ perinde esset acsi donaret omnia bona p̃sentia et futura.
38 An valeat conuentio facta inter aliquos de hereditate viuentis quã sperant inter eos certo modo diuidendam.



De questione tali.

Diuide i sex partes. In prima ponitᷣ thema. In scđa q̃ est ibi faciebat. ponitur prima rõ dubitãdi p parte negatiua ꝙ nõ valeat talis cõuẽtio. In tertia q̃ est ibi: ⁊ q: nõ sunt. ponitᷣ rõ p parte affirmatiua. quã sic forma: ista cõuẽtio nõ est facta pure, sʒ sub duabꝰ cõditionibꝰ: ⁊ sic lʒ sit facta tẽpore prohibito. tamẽ est collata in tempus permissum. quo ille mortuꝰ erit: ⁊ hereditas ad illos peruenerit. Nos habemus

esset valde iniuriosum vel iniustum: que ratio cessat in venditione & alijs similibus actibus. ¶ Pro eadem parte facit aliud fundamentum, & fuit originale dñi Car.flo.& Pet.de ancha.in.d.c.potuit.& quasi est idem cum proximo: per qd ostendit ratio diuersitatis inter actum donationis & actum vēditionis & similes: nam qui donat afficitur persone donatarij: vt dictum est: vnde faceret iniuriā emphiteote si cogeret inuitus dño donare, cui nihil afficiatur: que ratio cessat in vēditione: quia ille qui vendit nō afficit emptori: sed potius precio, in quo nō cadit affectio a quocūqz habeatur.l.nummis.ff.de in lit.iur. ideo nō fit iniuria emphiteote si cogit primo vendere dño, a quo etiā habebit precium qd optat, et tantū preciū quantū ab alio inuenerit: vt hac.l.in ver.sed ne hac occasione. ¶ Pro hac etiā parte adducit: q: denūtiatio q̄ fit dño, fit ad finē vt in illo actu quē emphiteota intendit facere preferat dñs quibuscūqz alijs: modo si emphiteota vult donare, & teneat denūtiare dño qui in hoc actu alijs esset preferēdus, nonne esset maximū absurdū qd emphiteota diceret: ego volo donare aliū, si tu vis accepta tu per donationē: cui dubiū quod diceret accepto. ¶ Puto tñ ad istud fundamentū ad finem superioris opi.bene respōdisse, & aliter quā doc.respōdeāt: pro eadē parte facit vnum forte fundamētū qd.j.adducā in rñsionibus ad fundamēta Bar. ¶ Tenēdo hāc partē que videt cōmunior & est firmata per.xxiij. autoritates solēniū doctorū: vt.s.retuli. Ad allegata in oppositū pōt optime rñderi. Et primo ad adducta per Bar.nō obstāte primo.glo.in.d.l.j. C.de fun.patri.lib.xj. q: vt dicit do.Guar.hic: et s.retuli.& Jmo.in.d.l.dom⁹.§.fi.in illa glo.de alienatione emphi-
62 teote priuati verbū nullū: †nam dū dicit ibi in tex.illi⁹.l.q emphiteota fisci vel reipublice pōt donare sine cōsensu dñi: querit glos. ibi: nunquid posset eodē modo vēdere: & rñdet q sic. postea dicit: secus est in emphiteota priuati, qui nō potest vēdere sine cōsensu dñi: & nihil aliud dicit: vnde si glo.nō fuisset vsa expsse illo verbo vēdere, potuisset relata ad tex.aliqd pbare. Non obstat scdm de isto tex.in prin.dū dicit alienare, vel ius suū trāsferre: & sic loquit per vba generalissima: & que sunt apta cōprehēdere donationē: ad istud inuenio multis modis rñderi per doc.maxime Moder. ¶ Primo rñdet Jmo.in.d.c.potuit.in.viij.colū. in prin.& dicit q ista vba nō ponunt in statuto seu decisione legis, sed in eius dubitatione seu narratione. vnde ex isto tex.in illis vbis positis in dubitatione seu narratione casus, non pōt sumi bonū fundamentū: sed dz sumi ex statuto seu decisione.l.& ideo cū in statuto imperator solū facit mentionē de venditione: in ver.sancimus. videtur q ista.l.nō habeat locū in alijs cōtractibus. Pro hac solu. Jmo.in eius dicto q ex narratione in iure posita nō possit sumi argumētum ad decisionē causarū: addo Ludo.idem dicentem in repeti. aut.similiter.in.x.speciali qd hz in pia causa inter vltimas voluntates. C.ad.l.fal. qui ad hoc allegat vnā glo.pro singulari q̄ nihil mihi dicit, in.l.vnica.in.iij.lec.illi⁹ glo.magne. C.qñ nō peten.par. ¶ Ista solu.nō est vera: prout etiam ipse Jmo.videtur fateri: q: imo in decisione seu statuto legis in versi.sancimus.ponitur verbum trāsferre. qd est generale, & comprehēdit omnē actum distractiuū, & sic donationē. ¶ Uñ alio & secūdo modo rñdent Mod.& Jmo.in.d.l.si dom⁹.§.fi.& Jmo.in.d.c.potuit.in.iij.col. q dū tex. dicit transferre. debet intelligi similiter titulo oneroso per ver.sed ne hac occasione. qui immediate sequitur: vbi solū facit mensionē de precio, intelligit de cōtractu venditionis.l.fi. C.de predijs decurio.lib.x. vel saltem de alio cōtractu oneroso: pro ista solutione
63 facit quod dicit ista glo.in suo principio, que dicit† q vendere et ius emphiteoticū trāsferre est idem. ¶ Et si cōtra hāc solu.instaretur: q: fm eam tex.esset superfluus, dū dicit vēdere vel ius emphiteoticū transferre. Si verum est qd verbū transferre[a]. vtrūqz importet: dicunt aliqui Moder. q verbū vendere, capit pro ipso cōtractu oneroso: & dum postea dicitur trāferre, capit pro executione ipsius cōtractus: & sic pro ipsa inductione ad possessionem: vt sit sensus q quēadmodū emphiteota tenetur denuntiare dño qd vult alienare: ita etiam facta alienatione tenet denūtiare dño qd vult rem emphiteoticam trāsferre: & sic emphiteota in possessionem inducere. Ista solu. violat tex. prout etiā dicit Jmo.in.d.c. potuit.in.viij.col. Et ideo infra ponam veram solutionē, dando quantū ad hoc verū intellectū ad hanc.l. non obstat tertium fundamentū Bar.& antiquorū qd videtur ceteris fortius, dum dicit q si emphiteota posset donare sine cōsensu dñi: dñs multū damnificaretur, ex quo ɔtra illū tertium nullā haberet actionem personalem, & esset ibi necesse agere rei vendicatione. Et sic probare de dño, quod est multū difficile: quia ad hanc oppositionē potest responderi fm do. Car.flo. & Jmo.in.d.c.potuit. & Jmo. & Mod. in.d.l.si domus.§.fi. q imo per hoc qd emphiteota possit donare alijs sine cōsensu dñi, nullum penitus preiudicium fiet ipsi dño: q: quāuis emphiteota non teneatur requirere dominū an velit sibi donari: tñ cum ipse emphiteota nō possit suū singularem successorem in possessionē inducere propria autoritate: quia priuaretur

¶ Qd verbū trāsferre, ad de de isto vbo glos.j. in c.j.de cōmo. a

suo iure: tamen tenetur requirere dñm, vt ipse dñs recipiat hunc donatarium in emphiteotam, et eū inducat in possessionē per seipsum, & nō per procuratorē. & consequenter eū inuestiat iuxta formam huius.l.in ver.necessitatem. et tunc dñs inducendo donatarium in possessionem, debebit habere suum laudemium seu quinquagesimam: vt hoc tex.in ver.& ne auaritia. vnde dñs non tenebitur hunc donatarium recipere in emphiteotā, nisi sit de personis nō prohibitis, & sibi promittat per solemnē stipulationem soluere annuatim illum canonē emphiteoticū quē sibi soluebat pri-
64 mus emphiteota. ¶ †Item vltra ista, qd sit de personis nō prohibitis: & qd permittat, requiritur etiā qd sit persona idonea ad soluendū: als dñs nō tenetur eū recipere: prout notabiliter dicit iste tex.in ver.necessitatem. ibi ad psonas nō prohibitas sed cōcessas & idoneas ad soluendū emphiteoticū canonem &c. Et si aliter ingrederet donatarius ad possessionē, caderet a iure suo: et sic per istū modū lex consuluit idemnitati dñi, vt nō habeat necesse agere rei ven. sed eum habeat obligatū ex sua solenni promissione: et ista est vera & pulchra solutio. ¶ Nō ob.l.j. C.ne rei do. vel tēplo. q:.j.in proximo seq.arti. dabo verā solutionem. ¶ Nō obst. cetera fundamenta Cy. Albe. & antiquorū. vcz tex.iste.in ver.& ne auaritia.in verbo estimationes loci. qd ad venditionē referri nō potest: per.l.fi.j.de litigio. quā inductionē faciunt etiā Ang. & Sali. hic: vt.s.retuli: q: ad hoc rñdet Jmo.in.d.c.potuit.in.viij.col. qd dum tex.dicit estimationis. debet intelligi de estimatione que fit p precium, cum res debeat tm̄ estimari quātum vendi potest: iuxta.l.si seruus furtiu⁹.§.j.cū gl.ff.de cōd.fur. que solutio: prout etiā fatet, violat literam, & redait tex.supfluum: cū satis fuisset dicere precij, absqz eo qd diceret estimationis: vnde vera solutio ad illum ver. est qd verū est q ille tex.loquit etiā de actu donationis: sed nihil ad propositum articuli nostri: q: ibi loquit text. de quinquagesima seu laudemio soluendo dño: & hoc verū est qd hz locū in donatione, sedū in venditione. Et propterea text. dicit bene precij vel estimationis: nos aūt disputamus de consensu requirendo a dño tpe alienationis. de quo non loquit ille verficulus: et sic nihil ad propositum. ¶ Non ob. aliud dum ponderat versi.sancimus. in
65 verbo vendere, †dicūt qd verbū vendere est largū, cōprehendens omnem alienationē: & qd prohibitus vēdere extra familiā nō potest etiā donare &c. q: rñdet Jmo.in.d.c.potuit.in.viij.colū. q hoc verbū vēdere in hac.l.dz intelligi stricte & nō late. ¶ Et rñdeo aliter & melius qd illud qd dicit qd verbū vēdere est latū & cōprehēdit omnē alienationē, & qd phibitus vēdere nō pōt etiam donare dico hoc esse verū, vbi est eadē rō in alijs cōtractibus que in venditione: prout in bonis phibitis vendi extra familiā: q: non possunt etiam donari, cū vtrobiqz militet eadē rō: vcz ne exeant de familia: que rō ita militat in donatione sicut in vēditiōe. Sed in casu nostro est multū diuersa rō inter donationem & alios actus: vt ptz ex primis duob⁹ fundamētis adductis pro hac parte: etiā ad hāc solutionē videte no. verba Panor.in.c.j.de his que fi.a pla.si. con.ca. & Bal.in.c.j.de cōtro. iter do. & empto. feu. ¶ Nō obst. fundamētū Ang. de isto tex.in verbo vēdere vel trāsferre. vbi fm eū als esset verborū inculcatio, q: vltra verā solutionē et veruz intellectū quē.j.subijciam: dicite prout dixi in princi.huius gloss. vbi ostendi tex.nō esse superfluū. ¶ Nō obst. fundamentū Sali. dum dicit qd tex.in ver.& ne auaritia. dicit disiunctiue precij vel estimationis: & sic necessario loquitur de donatione: q: rñdeo hoc esse verum: sed nihil facit ad propositū nostrū: vt.s.ostendi. ¶ Non ob. id qd adducebatur vltimo per do. Gua. vcz gl.in.d.ver.et ne auaritia.in verbo estimationis: q: illa glo. nihil penitus dicit ad propositum nostrum: q: ille versi.loquit in valde diuerso proposito: vcz de laudemio soluendo: & quātū ad hoc bñ habet locū ista.l.in donatione: sed nos dubitamus de alio: vt.s.ostendi. Et sic p ista remanent clarissime euacuata oia adducta ad oppositū: & sic remanet ista pars affirmatiua, multum bene firmata. ¶ Quid tenendū in hoc pulchro passu: credo qd ista sit mera veritas. Unde considero in hoc articulo nō esse tantam diuersitatem inter doc. prout prima facie ex.s.relatis videbatur: imo modicā: imo quasi
66 nullam. † Et per hanc considerationem reduco ad vnam concordemqz sententiam pdictas opi. & saluabo omnia verba hui⁹ tex. vt nihil superfluum, nihil cōtrarium, cōtineant: & habebitis verū intellectum ad hanc.l.& eius mentez optime declaratā. ¶ Nā in hac.l. ponuntur quinqz principalia responsa, quatenus attinet ad propositum presentis articuli. ¶ Primum ponitur in ver.sancimus. vbi dicitur minime licere emphiteotā sine cōsensu dñi vendere vel transferre: certe ad hoc vt iste text.in alternatiua vel, stet proprie, & non sit verborum inculcatio seu superfluitas, vltra declarationem quā feci in prin.huius glo. que etiā est bona: dico qd in hoc primo ver.ponit vnū dictum in genere: vcz qd emphiteota nō pōt vēdere vel trāsferre sine ɔsensu dñi. Circa q̄ aūt debeat requiri iste cōsensus, declarat postea in specie p sequētes versiculos vsqz ad fin.l. Unde quantum in genere non licere vendere vel

alienare

alienare. ⁊c. sine consensu d̃ñi: dico qd istud in genere dictum pōt
etiā verificari in contractu donationis, ⁊ sic in emphiteota volē-
te donare: quia requirit̃ qd emphiteota volens donare requirat
dñm, ⁊ sibi notificet qd vult donare tali: vt in effectu p̄stet sibi do-
minus consensum in recipiendo donatariū in nouū emphiteotā.
⁊ inducendo in possessionē ⁊, sic reuestiendo: ⁊ sic tex. stat ꝓprie vē-
dere ⁊c. nec est verboꝝ inculcatio. ¶ Postea sequitur scd̃s ver. sed
ne hac occasione. vbi dr̃ qd emphiteota volēs vendere, tenet̃ de-
nuntiare dño quantū p̄ciū ab alijs inueniat, vt dñs volēs tantun-
dem p̄stare, ceteris p̄ferat̃: ⁊ ad hoc dz dñs per duos menses expe-
ctari: vt dicitur in ver. seq. finaūt duoꝝ. Et hic vr̃ esse principalis
difficultas p̄sentis articuli: nunquid quēadmodum emphiteota
volens alienare tenetur requirere dñm an ipse velit habere: idem
etiā sit in emphiteota volēte donare. Hic queso aduertite, q2 nūc
aperio veritatē huius passus: ⁊ dico qd in hoc etiā modica est va-
67 rietas apud scribentes † Nam oēs quos retuli ad partē affirmati-
uam, tenēt aperte: ⁊ est mera veritas, qd emphiteota volens do-
nare nō dz denuntiare dño an ipse velit sibi donari: et ad hoc ex-
pectare p duos menses. quia ad hoc non possunt adaptari verba
huius versi. dū dicit: ⁊ quantū p̄ciū reuera recipere pōt: ⁊ tex. hic
nō loquitur alternatiue p̄ciū vel estimationē: vt inferius facit: vt
tollam vnū fundamentū qd vltimo fecit p parte negatiua. Istud
pro maiori pte tenēt qui partē negatiuam substinēt: vcz Cy. Ray.
⁊ Albe. ⁊ Sali. nā omnes isti fatentur quod. s. iste casus non pōt
adaptari ad donationem: ⁊ sic solus Barto. ⁊ etiam Ang. in hoc
volunt contrarium: quamuis etiam aperte et in indiuiduo non
loquantur. ¶ Veritas est ergo, vt dixi, quod emphiteota volens
donare non tenetur requirere dñm: an vellit sibi donari: et eum
expectare ⁊c. imo sine alia requisitione et expectatione pōt alteri
donare: quia verba tex vt dixi non possunt adaptari ad hunc ca-
sum. ¶ Ad hoc etiam accedant omnia fundamenta que. s. addu-
xi pro ista parte affirmatiua, ⁊ maxime ratio diuersitatis inter cō-
tractū donationis ⁊ ceteros contractus: ⁊ sic in hoc casu, vbi vide-
bat̃ esse principalis difficultas: modica admodū est doct. varie-
tas. q2 ⁊ tenētes contra gl. ⁊ tenētes pro ea: excepto Bar. ⁊ Ang.
68 concordant in hoc casu vt dixi. ¶ † Sequitur postea in hoc text.
tertiū rn̄sum. ⁊ sic versiculus necessitatē. vbi dr̃ qd dñs tenet̃ reci-
pere nouum emphiteotā, si est de psonis non prohibitis: ⁊ est ido-
neus ad soluēdum. Et in hoc nō inuenio aliquē discrepare: quia
omnes tenentes pro glo. ⁊ ꝯtra, concordant: quia emphiteota nō
potest donatariū in possessionē inducere propria autoritate: sed
dz requirere dominum, et dominus ita demū tenetur, si donata-
rius est idoneus ⁊ habilis ad soluendum: ⁊ sibi promittit soluere
canonē emphiteoticū: vt patet ex verbis istius tex. que bene con-
ueniunt donationi: vt in verbo transferre, qd est generale ⁊ com-
prehendens etiam donationē, ⁊ in ver. idoneas ad soluēdū. ¶ Se-
quitur postea quartū responsum. in versi. ⁊ ne auaritia. vbi dicit
qd dominus dz habere pro receptione noui emphiteote ꝗnqua-
gesimam precij vel estimationis: ⁊ iste casus adaptatur etiam ad
donationē: q2 pro re emphiteotica donata debebit solui laude-
mium dño, prout soluitur in venditione ⁊ alijs ꝯtractibus: ⁊ hoc
quia quantū ad istū casum verba adaptantur ad donationem, et
stant proprie sine vlla violentia, ibi p̄cij vel estimationis. et sic illa
a alternatiua vel,[a] cadit inter diuersa: quia dum dicit p̄cij, refertur
ad venditionē: vt. l. si. C. de predijs decurio. li. x. dum postea dicit
estimationis, refertur ad alios contractus in quibus non inter-
uenit p̄ciū: vt puta donationis: ⁊ ita loquitur glo. hic in versi. esti-
mationis. ⁊ sic verba tex. absq3 eo ꝙ violentur, vt alternatiua vel,
resoluatur in expositiuā. i. vt qdā putant ⁊ male stabunt ꝓprie. et
comprehendēt etiam donationē: et sic pro contractu donationis
debebit etiam laudemium p̄stari dño. quia etiā vltra verba text.
militat eadē ratio soluēdi laudemium in contractu donationis
que militat in alijs cōtractibus. Ideo enim in alijs cōtractibus
soluitur laudemiū dño, propter receptionē quā dñs facit de no-
uo emphiteota et nouā inuestituram: quā cum etiā teneatur fa-
cere in contractu donationis, merito hic etiā in contractu dona-
tionis laudemium soluitur: ⁊ sic verba tex. ⁊ ratio cōcurrunt. Et
in hoc etiā nullus p̄dictoꝝ doct. discrepat, qd etiā qñ emphiteo-
ta donat, qd debeat solui laudemiū domino: prout. s. tenui in tex.
in pe. no. in vlti. q. quā ibi posui. ¶ Sequitur quintū et vltimum
responsum in ver. finaūt nouū. ⁊ in hoc etiam oēs concordant: qd
cum etiā pro re emphiteotica donata debeat solui laudemiū do-
mino pro receptione, ⁊ noua inuestitura: qd quantum ad hoc de-
beat dominus expectari p duos mēses: vt dicit iste ver. certe etiā
iste casus adaptatur ad donationem: quia ⁊ verba tex. ⁊ ratio con-
currunt: ⁊ ita procedat tex. in verbo transferre. qd est generale, cō-
69 prehendēs etiam donationē. ¶ † Concludo ergo quod excepto
Barto. ⁊ Ange. inter alios doc. s. relatos, tam legistas quā cano.
non est aliqua diuersitas. imo vna eadēq3 concors opi. qd est qd
ista. l. habeat locum: in venditione, et donatione, in omnibus suis
partibus, preterꝙ in verb. sed ne hac occasione. quia in omnibus
alijs suis partibus: ⁊ verba adaptantur etiā ad donationem, et
postea concurrit idētitas rationis: preterꝙ in. d. versi. ⁊ ne auari-
tia: vbi verba adaptari non possunt ad donationem, ⁊ postea nō
est idētitas rationis: imo multum diuersa ratio: vt. s. dixi: ⁊ sic in
specie concludo, qd emphiteota volens donare alij ius suum em-
phiteoticum. aut sua melioramenta, non tenetur requirere domi-
num an velit sibi donari, nec eius responsum expectare per duos
menses: imo absq3 tali denuntiatione et expectatione potest do-
nare alij: bene tamen postea tenet̃ denuntiare domino quod do-
nauit tali, ⁊ qd eum recipiat in nouū emphiteotam, et debet pro
tali receptione a noua inuestitura solui laudemiū dño. Item pro
hac inductiōe debebit expectari p duos mēses. ¶ Est ergo diffe-
rentia inter contractum donationis ⁊ alios ꝯtractus in vno tan-
tum quantum ad istam. l. quia emphiteota volens vendere vel
alienare tenetur primo denuntiare domino an velit pro eo pre-
cio habere qd ab alijs inuenit, ⁊ cum expectatione p duos mēses:
alias priuaret̃ iure suo. Sed volens donare, ad istud non tenetur
quantum ad alia nulla differentia: ⁊ ista est mera veritas: et ita te- a
nent omnes hic, si bene consyderentur: ⁊ adhuc magis aperte ca-
noniste. vt no. Anto. de but. do. Cardi. florē. ⁊ Pet. de anchara. et
adhuc apertius Imo. in. d. c. potuit. in. viij. colum. ⁊ seq. Alexan.
in consil. vltimo. li. iij. incip. visis narratis in themate: licet nemo
adhuc antea aduerterit ad hanc concordiam ceterorum doct. ex-
cepto Barto. ⁊ Ang. vt. s. dixi: ⁊ sit laus deo, de p̄senti dubitatio-
ne habetis. vij. limitationem ad hunc tex. vt ista. l. in verbo sed ne
hac occasione. non habeat locum in contractu donationis: vide
omnino ad p̄dicta Francis. de are. qui videtur in effectu etiā idē
tenere, in consi. xlj. incip. diligenter ⁊ mature: limita p̄dicta scd̃m
cōmunem conclu. vt procedant in emphiteota vere ⁊ proprie do-
nāte: secus esset quando pro tali donatione acquirens promisis-
set dare emphiteote pecuniam equiualentem valori vtilis domi-
nij, ne fiat fraus legi. Ita notabiliter tenet do. Alexan. in consil.
vltimo lib. iij. incipi. visis narratis in themate. ¶ Suprascripta
omnia que dicta sunt in precedenti arti. procedunt in emphiteota b
70 priuati. ¶ † Quid autem in emphiteota ecclesie, nunquid possit
b donare[b] irrequisita ecclesia. Bar. vbiq3 fuit adhuc in opi. qd non,
⁊ quicqd sit in emphiteota priuati: tenet vbiq3 Bar. ꝙ in emphi-
teota ecclesie istud sit penitus sine dubio, qd nec vendere: nec do-
nare possit: nec aliter alienare irrequisito consensu ecclesie: et ita
in contingentia facti consuluit Barto. per tex. in. l. vniuersas. que
est. l. ij. ibi vendite vel vllo alio pacto alienate. C. ne rei do. vel tem-
plo. que. l. est canonizata in decretis. xvj. q. iii. c. placuit vt quicūq3.
§. vniuersas. ita tenet Bart. in. l. si dom⁹. §. fin. ff. de lega. j. ⁊ in. l. in
conuentionalibus. ff. de verbo. obliga. ⁊ in. l. si patroni. in princi.
ff. ad trebel. ⁊ in. d. l. vniuersas. ⁊ in ꝯsi. incipi. ex themate predicto
tria dubia oriunt̃ in. l. j. §. pen. ff. de superficie. vbi dicit qd illa. l. vni-
uersas. est ad hoc singu. idem tenet Ange. in. d. l. si domus. §. fina.
et in. d. l. vniuersas. et in. l. sicut. §. si debitor. quibus mod. pig. vel
hypo. sol. Et dicit ipse Ange. in. l. cum hi. §. si cui. ff. de transactio.
quod Bart. semper faciebat de illa. l. magnum festum: prout ipse
dicit se pluries ab eo audiuisse in voce. Istam opin. tenet domi.
Alexan. de quo admiror, in consi. clj. incip. visis dicto themate. in
v. colum. in. ij. volu. domi. Antoni. de but. in. d. c. potuit. prout ibi
71 refert Imo. in. xxxvij. colum. † dicebat sibi videri, qd quemadmo-
dum emphiteota fisci potest alienare irrequisito fisco, per. l. j. C. de
fun. patri. lib. xj. ⁊ hic in gloss. ⁊ Bartol. hic rationem assignat: vt
s. retuli: quia fiscus habet obligatum quencunq3 possessorem ad
censum sibi debitum, eo ipso qd possidet: qd idē sit dicendū etiā in
emphiteota ecclesie: vt possit donare, ⁊ alio quocunq3 titulo alie-
nare, absq3 vllo consensu ecclesie: cum ecclesia et fiscus seu res pu-
blica equiparentur. l. fina. s. de sacrosan. eccles. finaliter tñ non te-
net hanc opi. sed aliam: quia hoc priuilegiū qd ecclesia possit age-
re contra tertium possessorem ad pensionem sibi debitam, nō re-
peritur iure cautum in ecclesia: quamuis illud competat fisco: vt
dixi. ¶ Non ob. fm eum. d. l. si. C. de sacrosan. eccle. quia rn̄det qd
ibi equiparantur ecclesia ⁊ fiscus, quo ad casus ibi expressos, inter
quos iste non reperitur expressum quod ecclesia possit agere con-
tra tertium possessorē: igitur ⁊c. Ego tamen. j. allegabo casum. l.
de hoc, qd ecclesia possit agere cōtra tertium possessorē. ¶ Con-
trarium in principali articulo qd imo emphiteota ecclesie possit
donare nō requisito cōsensu ecclesie: ⁊ dūmodo dicat ꝙ donec sal-
uo iure ipsius ecclesie/tenet Bal. hic: ⁊ dicit qd Bartol. qui cōtra-
rium consuluit pessime dixit. Nam Bar. motus est p. d. l. vniuer-
sas. que lex fm Bald. procedit quādo emphiteota donat vel alie-
nat rem ecclesie tanꝗ propriam, nō facta mentione de ecclesia vel
non dicendo saluo iure ecclesie: quia cū talis alienatio possit ver-
gere in damnum ecclesie: ideo lex illa prohibuit talem cōtractum
donationis: vel legati: vel aliū: ⁊ isto modo rn̄det etiā ad illam. l.
72 Ange. in. d. l. cum hi. §. si cui. ¶ † Et propterea subdit Bald. hic

a ¶ Alternatiua vel. adde bal. i. l. si ter- tī⁹. in. §. offi- ciū. ff. de aqua plu. ar. Bal in. l. si ex his qui ducēta. in. §. vtrum. ff. de re. du. doct. i. c. cum decorem. de vi. ⁊ ho. cle.

b ¶ Nunquid possit donare. adde bar. i. l. j. C. de im- po. lucra.

qd in hoc est differētia inter emphiteotā ecclesie ⁊ emphi. priua-
ti: q: emphiteota ecclesie non pōt donare nisi reseruato expresse
iure directo ecclesie. Sed emphiteota priuati pōt simpliciter do-
nare: q: intelligit' ius dn̄i ⁊ sic superioris, exceptuatū: p. l. vxor pa-
trui. j. de lega. de quo vltimo dicā. j. in quarta pte principali huius
gl. vbi glo. ponit. Istud idē contra Bar. tz idē Bal. in. c. j. §. dona-
re. qualiter olim feu. pote. alie. vbi etiaz rn̄det eo mō quo. s. ad. d. l.
vniuersas. qd ibi alienabat in fraudem, non reseruato expresse iu-
re ecclesie, nimirū si cadit a iure emphiteotico: quia q sic ɔtrahit
ecclesiā prodit, et quantū est in se possessionē subuertere vr̄. iuxta
not. in. l. ex liberis. C. de acqui. pos. nimirū si iure suo priuat'. Idem
contra Bar. tz Bal. in ti. de pace cōstan. in verbo liuellarie. iuxta
principiuz. vbi formaliter dicit ꝙ liuellarie ecclesiarū ⁊ emphiteo
sis pn̄t p emphiteotā donari vel legari saluo iure ecclesie: ⁊ ita di
cit notare Inn. in. d. c. potuit. quāuis Bar. fm eū consuluerit con
trarium p. d. l. vniuersas. ⁊ male: quia ibi loquit' qn̄ alienat respe-
ctu ppriatatis: ⁊ ɔtractus celebrat' in fraudē ecclesie: secus quan-
do alienaret respectu vtilis dn̄ij, tanq̄ emphiteota eccl'ie, vel sal-
uo iure ecclesie. Idē tenet Bald. in. d. l. si dom⁹. §. fin. ⁊ in. d. l. vxor
patrui. C. de lega. ⁊ in. d. l. vsufru. ff. sol. ma. ⁊ in. d. l. vniuersas. ⁊ in
d. aut. quas actiones. in. v. col. s. de sac. san. ec. vbi dixit Bal. se ha-
buisse qōnē istā cū Bar. ⁊ ibi rn̄det planius ⁊ plenius ad. d. l. vni-
uersas quā alibi quod ibi lex non disponit super potestate alienan
di vel non alienādi: an emphiteota ecclesie possit alienare vel nō:
a sed qd dicit res de facto alienata in casu non permisso, non potest
pscribi longo tpe. Hoc aūt pōt ɔtingere in donatione tribus mo-
dis. ¶ Prio qn̄ emphiteota alienat vt allodium. i. ppriatatē qd
in dubio psumit' in emphiteota ecclesie, si non facit mentionē qd
sit emphiteota ecclesie, vel si non alienat saluo iure ecclesie: et sic
isto casu alienatio non est licita: quia interuertit possessionē eccle-
sie: vt. l. pomponius. ff. q. mo. vsufru. amit. ¶ Scdo modo qn̄ alie
nat contra pactū factū de non alienādo: vt in. §. sanctissimas. i aut.
de alie. ⁊ emp. ⁊. l. si ita qs pmiserit. §. ea lege. ff. de ℞. ob. ¶ Tertio
mō qn̄ alienat in aliā ecclesiā vel in potentiorē: vt. §. sanctissimas.
in aut. de alie. ⁊ emphi. istud idē cōtra Bar. tz Bal. in addi. Spe.
in ti. de loca. in antepe. col. ⁊ ibi multū notabiliter confirmat so-
b lutionē p eum in pluribus locis datā, ad. d. l. vniuersas. vt. s. re-
tuli qd illa. l. procedat: qn̄ emphiteota volebat donare iure pro-
prio ⁊ non iure emphiteotico: nam si alienasset iure emphiteoti-
co emptor non prescripsisset etiam p mille annos. l. male agit'. j. de
pscrip. xxx. vel. xl. anno. ⁊ dixi in. l. in gloss. magna. sup verbo repel-
lere. in vlti. pte pncipali. s. eo. in. l. ij. Et dicit Bal. qd istud sentit ibi
gl. dum loquit' de prescrip. xxx. an. Istud idem tz ɔtra Bar. Imo.
⁊ Moder. in. d. l. si domus. §. fin. ⁊ Imo. in. d. l. vsufru. ⁊ in. d. c. po-
tuit. in. xij. colū. ⁊ seq. Istud idem tenet Spe. in. d. §. nunc aliqua. in
ver. xxv. idem tenet Jo. an. post glos. in. d. c. potuit. idē tz. d. Abb. in
cōsi. lxxv. incip. duo principalia. in pe. ⁊ vlti. colū. in. j. volu. ¶ Ista
opi. est vera ⁊ cōmunis ⁊ eam teneo. Et tanto plus procedit tenē-
do id quod renui in articulo pcedēti: ⁊ cōmuniter tenetur qd ista
l. fin. non habeat locū in donatione, quantum ad hoc vt sit necesse
denuntiare domino, an vellit sibi donari: ⁊ illum expectare p duos
menses: ita etiā emphiteota ecclesie non tenetur sibi denuntiare
⁊ eam expectare p duos menses, cum istud aliter non reperiatur
prouisum magis in emphiteota ecclesie quā priuati: pro hac pte
facit vnum optimū fundamētum p qd ostenditur qd etiam si ve-
rum esset qd emphiteota priuati non posset donare sine consensu
dn̄i: cuius contrariū tenui in pcedenti articulo: qd tn̄ emphiteo-
ta ecclesie bene posset: ⁊ hoc eundo post fundamēta Bald. tenētis
cōtrariū q adducit vbiq3 in hac materia Bar. nā fz Bar. vbiq3.
73 † ideo emphiteota priuati non potest alienare sine consensu dn̄i,
quia dn̄s afficeret' incommodo: q: non posset agere actione perso-
nali contra nouū emphiteotā, sicut poterat cōtra primum: vnde
cum istud cesset in emphiteota fisci: quia quēcūq3 possessorem pōt
ad canonē conuenire eoipso qd possidet: dicit Bar. qd a cessante
ratione, emphiteota fisci pōt alienare sine consensu dn̄i: prout la-
tius retuli. s. in precedenti arti. modo ad propositū nostrū ego ha-
beo qd platus ecclesie habet obligatā rē emphiteoticā pro cano-
ne soluendo, adeo qd ad quēcūq3 possessorē transeat pōt agere cō
tra eū hypothecaria: vt est tex. no. in. §. si aūt creditor. in aut. de nō
alie. quē ad hoc allegat ⁊ reputat valde notabilē Bal. in auten. si
quas ruinas. in. iiij. colum. s. de sacrosanc. ecc. ⁊ dixi in. l. j. in glos.
parua. in verbo custodiri. s. e. quamuis contrarium dixerint ⁊ ma
le do. Ant. ⁊ Imo. in. d. c. potuit. qui dixerunt hoc nō reperiri iu-
re cautum. vt. s. retuli: quia non fuerunt memores de illo tex. ⁊ au
toritate Bald. ⁊ sic qd in emphiteota ecclesie militet ratio que in
emphiteota fisci vel rei publice: quia habet actionem hypothe-
cariam ad canonem sibi debitum, cōtra quēlibet possessorē: ergo
ita dz posse donare non requisito consensu ecclesie, sicut pōt em-
phiteota fisci: ⁊ sic p fundamentum ipsiusmet Bar. eius opi. con-
funditur ineuitabiliter: ⁊ istam rationē sensit Barto. in. d. l. si do-
mus. §. fin. dum dixit qd emphiteota ecclesie et emphiteota fisci
in hoc videntur equiparari: quā rationē postea plenius declara-
runt ibidē omnes Moder. ⁊ maxime pater ⁊ preceptor meus. d.
Alex. de imo. ¶ Et ad. l. vniuersas. que allegabatur p Barto. ad
oppositū pro confirmatione solutionis date ad illā. l. per Bal. in
multis locis. s. relatis. vltra illud fundamentū quod optime ad-
ducit ipse Bald. in addi. Specu. in titu. de loca. in antepe. colū. et
s. retuli. ¶ Addo multum fortiter facere istud fundamentuz, ad
ostendēdū qd illa lex vniuersaliter loquatur qn̄ emphiteota alie
nabat rem emphiteoticā vt suā propriā: ⁊ sic iure ppriatatis: non
aūt qn̄ alienabat ius suū emphiteoticum aut sua melioramenta:
nam illa. l. loquit' non solū in emphiteota ecclesie: sed etiaz in em-
phiteota reipublice vl' fisci. Modo sic: si ibi emphiteota alienas-
set ius suū emphiteoticum, certe quatenus loquimur de emphi-
teota fisci vel rei publice. potuisset alienare sine aliquo consensu
dn̄i. l. fi. C. de fun. patri. li. xj. ⁊ dictuz est. s. in articu. pcedēti, vbi vi-
distis rationem: ⁊ tamē illa. l. vniuersas. dr in vtroq3 emphiteota,
tam ecclesie quā fisci seu reipublice, qd non pōt vendere, vel vllo
alio pacto alienare: ergo necessario. l. illa intelligitur qn̄ emphi-
teota alienabat ius directum: q: si alienasset tantū ius suum em-
phiteoticum aut sua melioramēta, bene potuisset reseruato iure
dn̄i: vt. s. dictum est. ¶ Per ista cōcludo ꝙ quēadmodū emphi-
teota volēs alij donare non tenetur prius requirere dn̄m, an. ve-
lit sibi donari, ⁊ eū expectare p duos mēses: vt. s. late tenui in pri-
mo arti. pcedenti: ita nec emphiteota ecclesie. ¶ Imo fortius ex
pmissis fundamētis. s. adductis cōcludo qd etiā si vera esset opi-
nio tenentiū qd etiam emphiteota priuati non possit donare sine
cōsensu dn̄i, qd tn̄ in emphiteota ecclesie posset: ⁊ sic ɔcludo totū
contrariū eius qd tz Bar. in oibus locis palle. q dicit: qd qcqd sit
in emphiteota priuati, an possit donare sine cōsensu dn̄i: qd tn̄ in
emphiteota ecclesie hoc est sine dubitatione, qd non pōt: q: dico
qd imo totū est econtra: qd qcqd sit in emphiteota priuati, qd tn̄
emphiteota ecclesie sine dubio pōt donare: et alio titulo alienare
74 sine consensu ecclesie: ⁊ ista est veritas. ¶ † Contra tn̄ predictam
conclusio. videt' facere. §. emphiteosim. in aut. de non alie. vbi dr
qd res concessa in emphiteosim ab ecclesia, non pōt trāsire in ex-
traneam personā: ergo nō dz posse donare extraneo sine consen-
su dn̄i. Istud an res ecclesiastica data in emphiteosim possit ho-
die transire in extraneos: ⁊ sic an. §. emphiteosim. sit hodie corre-
ctus. §. si vero in perpetuam. eo. ti. est magnū dubium: de quo per
glos. ⁊ doc. in. l. etiā. in prin. ff. sol. ma. ⁊ in. l. qd patrē. ff. de ver. obli.
⁊ examinat ad psens propositum Imo. in. d. c. potuit. in. x. ⁊. xj. co.
⁊ dixi remissiue in. l. ij. in pe. q. extra gl. s. eo. ¶ Tenēdo tn̄ qd verū
a sit quod emphiteosis ecclesiastica nō possit trāsire ad extraneos:
dico qd omissis solutionib⁹ Imo. in. l. vsufr. ff. solu. mat. ⁊ in. d. c. po
tuit. in. x. ⁊. xj. col. Itē omissa solu. Spec. in. d. §. nunc aliqua. versi.
xxv. q dicit qd. d. §. emphiteosim. loquit' in ecclesia constantinopo
litana, que non pōt cōcedere rē suā in emphiteosim vltra vitam
accipiētis, ⁊ duos suos successores. Vera solutio est ad psens pro-
positū quā ponunt Imo. ⁊ Mod. in. d. l. si domus. §. fi. ff. de leg. j.
qd. d. §. emphiteosim. loquitur in re ecclesie emphiteotica que non
pōt transire in extraneā psonā, verum est p viam successionis: q:
emphiteosis ecclesiastica non pōt trāsire ad extraneos heredes
ergo p viam successionis: nos aūt loquimur in alienatione quam
facit emphiteota ecclesie in vita sua per viā donationis: et sic do-
nando etiā in extraneā psonā: ⁊ hoc nullibi reperitur prohibituz,
quin emphiteota ecclesie viuens possit donare ius suum emphi-
teoticū irrequisita ecclesia etiam extranee psone: quāuis eo mor-
tuo non transiret ad extraneos heredes. ¶ Vltimo p cōplemen-
to huius articuli bene notate illud qd vult Bal. in locis pallega-
tis maxime in. d. c. j. §. donare. ⁊ in. d. l. vsufru. qd emphiteota eccle
sie donans non reseruato expresse iure directo ecclesie: et sic do-
nans vt rem ex toto suam, priuat' in totū iure suo ppter delictum,
quia ecclesiam prodit: ⁊ quantū est in se possessionez interuertere
videt'. Nam hic melius facit, quia dicitur male vti re emphiteoti-
ca, cum tribuat donatario causam pscribēdi contra ecclesiaz, meri
to dz expelli a iure suo cum ius ecclesie deterius reddat. aut. qui
rem. s. de sacrosan. ecc. ⁊ ita dicit no. Bald. post Nico. de math. in
75 l. edē. in. iiij. colū. s. loca. ¶ † Successiue iuxta predicta quero nun-
b quid res emphiteotica possit legari sine consensu dn̄i. Bart. hic
tenet qd non: quia quēadmodum emphiteota fm eum non potest
donare sine consensu dn̄i: p rationē. s. adductam p eum, ita etiam
nec pōt legare, cum etiā legatum sit alienatio: ⁊ eadem ratio mili
tet in legato que in donatione. Nec ob. d. l. si domus. §. fi. ff. de leg.
j. quia respondet Barto. qd ibi erat emphiteosis reipublice, que
bene potest legari sine consensu fisci vel reipublice donari vel ali-
ter alienari, cum in ea cesset ratio huius. l. vt dictum est supra in se
cundo articulo proxime precedenti. Istud idem firmat Bartol.
in. d. l. si domus. §. fi. ⁊ in. l. in conuentionalibus. ff. de verbo. obli. et
in. l. j. §. penul. ff. de superficie. Et idem in specie tenet do. Guar.
hic limitans

a ¶ Qd emphiteosis. Adde doc. i aut. de non alie. re. eccl. in. §. emphiteosim.

b ¶ Res emphiteotica. adde doc. in l. in questionibus. C. de ver. sig. spe. ti. de feu. i. §. ⁊ qm̄. ℞. xix.

hic, limitans hoc procedere in emphiteosi simpliciter cōcessa: secus aūt esset in emphiteosi concessa pro se ꝛ filijs suis: quia etiam tunc consensu dñi legari non posset, nec fieret p̄iudiciū filijs. p. l. peto. §. p̄dium. ꝛ. §. fratre. ff. de leg. ij. ꝛ. c. j. in prin. de natura succes. feu. de quo vltimo late scripsi in. l. ij. in vltima. q. extra gloss. s. eo. ¶ Contrarium qđ imo emphiteosis possit legari sine consensu domini: tꝫ Bal. hic. Spec. in. d. §. nunc aliqua. in versi. xxij. ꝛ tribus ver. seq. siue sit emphiteosis priuati siue ecclesiastica: dummodo quādo est ecclesiastica legetur tali ad quem possit transire: quod etiā tꝫ Sali. in. iiij. colū. in fi. Et idē etiā simpliciter tꝫ Alb. hic in ij. colū. prout etiā retuli. j. in seq. col. Idē tenēt Ioā. and. Pau. de leazar. ꝛ alij in. d. c. potuit. d. Alex. in cōsi. xx. incip sup eo qđ q̄ritur in vlti. col. in. j. volu. vbi dicit qđ ista est cōis opinio. ꝛ in consi. lix. lib. iij. incipiē. viso ꝛ mature discusso. in. v. colum. Ista qđ pendet ab his q̄. s. dixi in scđo p̄cedenti articulo: vcꝫ nunquid emphiteosis possit donari sine consensu dñi cum legatū censeatur quedam donatio. Unde concludo in omnibus ꝛ p omnia: prout dixi in donatione in scđo articulo p̄cedenti: ꝛ ita inuenietis tenere ibi oēs doct. ibidē allegatos, qui simul examinant hos duos articulos: ꝛ maxime cano. in. d. c. potuit. ꝛ maxime Imo. in. xiij. colum. vbi etiam p eum: quid iuris sit de emphiteosi ecclesiastica, an possit extraneo legari. dicite de hoc vltimo: vt hic p eū. Sed vide do. Alexan. in consi. ix. in. ij. vol. incipiē. visis dicto themate. in. ij. col. circa medium: ꝛ in tota. v. col. vbi tꝫ contrariū secutus opi. Bart. fundatam in. d. l. vniuersas. Et idem qđ emphiteosis ecclesie non possit legari extraneo: ꝛ sic cum opi. Bar. tꝫ Ant. de but. in consi.
76 xxiij. inci. in facto fratrū montis oliueti. in. pe. colū. ¶ †Eodē modo dico in omnibus ꝛ p oia quantū ad institutionē heredis, nunquid emphiteota priuati possit inuestire vnuꝫ heredem extraneū sine domini consensu in re emphiteotica, ꝛ dico in omnib⁹ prout s. dixi in donatione: vide p. d. Alex. in consi. lviij. li. iij. incip. viso ꝛ
a mature discusso. in. v. colū. ¶ Et quid si sit[a] emphiteosis ecclesiastica per Specu. in. d. §. nunc aliqua. in versi. xxiij. et duobus se. per Imo. in. d. c. potuit. in. xiij. colū. Et an in istis questionibus quando emphiteosis ecclesie aut priuati legatur aut in ea quis heres instituitur, an debeat solui laudemium domino: ponit Specu. in. d. §. nunc aliqua. in versi. xxiiij. ꝛ dixi. s. in textua. in. xv. not. in vlti. q.
77 ibi posita. ¶ †Ultimo iuxta predicta vt nihil omittatur. q̄ro qđ econtra nunquid dominus directus possit rē emphiteoticā alij legare in p̄iudiciuꝫ emphiteote vel vsufructuarij. text. videtur qđ sic in. c. j. §. ad hec. i ver. si vero. de pace iur. fir. in vsi. feu. vbi ita dicit in feudo qđ domin⁹ pōt legare alij in p̄iudiciū vasalli: et est ibi casus mirabilis fm oēs ibidē, in quo vasallus priuatur feudo ꝑpter factū domini absqꝫ sua culpa. ¶ Bald. tñ in. d. versi. si vero. in. vij. colū. illius. §. ad hec. in questione nostra determinat oppositū: qđ dominus non pōt rem emphiteoticā alteri legare, ꝛ emphiteote vel vsufructuario p̄iudicare. Motus ex regula. l. id qđ nostrum. ff. de regu. iur. cum alijs vulg. ibi adductis p eum. Et ad illuꝫ tex. r̄ndet ibi Bal. qđ cōtinet ius singulare in feudis: ad quā solutionē accedant que dixi. in. l. j. in glos. iij. in. v. q. prin. s. e. ponēdo differentias inter emphiteosim ꝛ feudū. ¶ Et p ista remanet perfecte
78 expedita hec prima pars principalis glo. ¶ †De alijs aūt q̄stio-
b nibus nunq̄d emphiteosis[b] possit pignorari, ꝑmutari, vel dari in feudum, vel dari in emphiteosim sine consensu dñi videbitis. j. in seq. ¶ Et ad id qđ dictum est. s. emphiteotā posse legare sine consensu domini: addite qđ idē simpliciter tꝫ Alb. hic. in. ij. co. ¶ In ea. gl. ibi: ꝛ de pig. l. lex. Tenetis ex gl. qđ res emphiteotica quamuis alienari non possit sine cōsensu dñi: pōt tñ pignorari sine consensu dñi. Et hāc cōclusio. sequunt doc. hic: quia text. in. d. l. tutor. §. fi. ꝛ de pigno. act. in. d. l. lex vectigali. hic allegatis in gl. facit etiā: q꞉ nō alienat nec ius suū transfert: nā pign⁹ in bonis debitoris remanet. l. pign⁹. s. de pig. act. idē tꝫ Spe. in. d. §. nunc aliqua. in ver. xxij. vbi subdit qđ tñ ad cautelam pōt emphiteota si vult domino denuntiare: ꝛ si dñs velit sibi tantam pecunie summā mutuare quantā ab alio inuenit, p̄ferat illum emphiteotā in pignore. arg. c. j. extra de pig. ꝛ. c. j. de vsur. idē tꝫ gloss. ꝛ doct. in. d. c. potuit. ꝛ ibi Imo. in. xij. colum. ꝛ Bart. ꝛ Bal. ꝛ Pau. de ca. in. d. l. tutor. §. fi. vbi Bar. videtur intelligere hoc esse verū dūmodo emphiteota pignoret saluo iure domini. ¶ Dicit tñ Sali. hic in. ij. col. se audiuisse vnum solēnē doctorē dicentē qđ ista conclusio gloss. procedebat in emphiteota priuati: secus si esset emphiteosis ecclesie: quia tunc non posset pignorari vel hypothecari: p aut. hoc ius porrectum. ꝛ aut. qui res. s. de sacrosan. ecc. sed certe prout dicit Sali. ille leges nihil probant: quia loquuntur in administratore ecclesie, qui cum nullū ius habeat in re, certe rē alienā pignorare non pōt. l. rē alienam. ff. de pig. act. nos aūt loquimur in emphiteota, q ius suū tantū pignorat, ꝛ non alienum, q꞉ nō posset. ¶ Subdit etiā Sali. qđ aliud est in feudo: qđ vasallus pignorare non pōt: vt c. j. in princi. de prohi. feu alie. p Fed. de quo vltimo vltra doc. ibi: videte etiam p Bald. in. l. iij. C. vt in pos. lega. ꝛ in. c. j. §. aut si liuellario. q. mo. feu. amit. ¶ Et limitate id qđ dixi de feudo duobus modis: p Bald. in. d. c. j. in prin. in. j. colum. ꝛ alijs duobus modis p eundē Bal. in. l. ij. C. cōmunia de leg. ¶ Limitat etiam alio notabili modo Ioan. fab. in. §. itē seruiana. in. xiiij. colū. insti. de act. vt quāuis feudum non possit pignorari: tamē fructus ꝛ cōmoditas bene possunt pignorari: motus p id quod in simili dixit Sp.
c in titu. de pig. §. j. circa fi. vbi dixit quod licet decima[c] non possit pignori obligari: nec aliter alienari, cuꝫ sit res sp̄ualis, q̄ non potest p laicum possideri: tamē fructus decime bene possunt pignorari. Addo vltra eum bene facere qđ dixit in simili Bart. de vsufru. in. l. si is qui. §. vsusfructus. ff. de pign. et ad hoc vide etiam qđ
79 dixi. s. in textu. in. ij. no. ¶ †Et quid econtra an dñs[d] possit obli-
d gare ꝑprietatē sine consensu vasalli: vide per Bal. in. c. j. in prin. in. ij. col. de prohi. feu. alie. p Fed. p Io. an. in ti. de feu. §. quoniam. ver. iij. ¶ Stat ergo ex gl. ꝛ ex p̄dictis ꝯclusio, qđ quāuis emphiteosis non possit alienari sine consensu dñi: qđ tñ pōt pignorari. Et ex hoc infero aliud notabile ex glo. qđ res emphiteotica alienari non potest: tamen non prohibetur pignorari: ꝛ sic res prohibita alienari, non tamen prohibetur pignorari: ex quo vr̄ inferri tertium, qđ in generali obligatione veniant etiam res prohibite
80 alienari. ¶ †Et sic fm hanc glo. si esset vera: prout omnes tenēt confunderent plures doctrine glossarū ꝛ docto. alibi tradite. In primis confunderet id qđ vult Barto. in. l. codicillis. §. instituto. ff. de leg. ij. qui vult qđ res emphiteotica prohibita alienari non veniat in generali obligatione omnium bonoꝝ. l. obligatione generali. ff. de pig. ꝛ sequitur ibi Imo. ꝛ Bal. in. l. j. C. q̄ res pign. ob. pos. ꝛ in. l. voluntas. ad fi. C. de fideicō. ꝛ in. c. j. in prin. de capita. q
81 curiam vēdi. ¶ †Confunderetur etiā qđ voluit Bal. in. l. si cōstāte. in. §. quoties. vbi etiā sequitur Lu. ff. sol. mat. vbi dicit qđ licet maritus generaliter obliget omnia bona sua: tñ videtur obligare rem dotalē, q̄ est prohibita alienari. Confunderetur etiam no. gl. q̄ est in aut. de resti. ꝛ ea que parit. in prin. q̄ dicit ꝙ in generali obligatione non veniunt res q̄ subiacent restitutioni in conditionis euētū. ¶ Et ideo p. illā gl. dicit ibi notabiliter Ang. qđ ille q hꝫ bona liuellaria sibi concessa vsqꝫ in tertiam generationē finitam, si obligat oia bona sua: non tñ ista veniūt, cum subiaceant restitutioni in ꝯditionis euentū: ꝛ ideo dicit qđ creditor non poterit petere se mitti in possessionē ipsoꝝ virtute generalis hypothece. ista oia videntur cōfundi p hanc gl. approbatā p oēs, vt audiuistis, q̄ vult qđ res emphiteotica q̄ est prohibita alienari potest tñ pignorari: ergo in obligatione ḡnali veniēt etiam res prohibite alienari, vt possint pignorari: de quo p Bar. in. l. in quorum. ff. de pigno. p Bart. ꝛ alios in. l. multū interest. ff. de ver. obli. p Cy. Bal. ꝛ Sal. in. l. fi. vbi tex. s. de re. alie. non alie. p Bar. in. l. qui habebat. in prin. ff. de lega. iij. ꝛ. l. legata. §. fi. ff. de adimē. leg. p bald.
82 in. d. l. volūtas. in. ij. col. in fi. j. de fideicō. in q̄bus locis † etiaꝫ tangitur de forēsi, q ex forma statuti prohibitus est acquirere immobilia: an intelligatur prohibitus capere pignori. ꝛ not. Ang. in. l. benignius. ff. de legi. vbi querit an statutum faciēs mentionem de alienatione verificatur etiā in ista donatiōe pignoris vel vsufructus. Et determinat qđ non ꝛ qđ no. Cy. ꝛ Sali. s. de re. alie. non alie. in illa q̄one de duobus baronibus q ꝑmiserūt adinuiceꝫ qđ vnus nō acquireret sup territorio alterius sub certa pena: ꝛ alter propter mutuū qđ facit acquisiuit hypothecaꝫ in territorio alterius, an incidat in penā: ꝛ dicūt qđ non. ¶ Tamē quantū ad propositū sustinendo hanc glo. pōt dici fm Imo. in. d. c. potuit. in. xij. col. in fi. qđ lꝫ regulariter vbi est simpliciter ꝓhibita alienatio intelligat̄ etiā ꝓhibita obligatio seu pignoratio. d. l. fi. s. de re. alie. non alie. Tamē lex ista non ꝓhibet simpliciter alienationeꝫ, et sic non vtit̄ simpl'r hoc verbo alienationis. sed prohibet ius emphiteoticū in aliū trāsferri: ꝛ ideo nō vr̄ ꝓhibita obligatio seu pign⁹.
83 †Et p hac solutione addo, qđ aliud est alienare, ꝛ aliud trāsferre: quia etiā simplex locatio dr̄ translatio: vt. l. fin. in verbo transtulerint. cū gl. ꝛ ibi Bal. j. de bo. auto. iudi. pos. † Puto tñ ex p̄dictis
84 non bñ dicere Bar. in repe. l. si ꝯstante. in prin. ff. sol. mat. in. iij. q. tertie ꝑtis principalis. dū vult ꝙ in tacita ḡnali hypotheca oim bonoꝝ quā hꝫ mulier in bonis mariti, veniant etiam bona feudalia donec mariti durant. Istud confundit̄ ex p̄dictis, cū feudū nō
e possit[e] nec generaliter nec sp̄aliter nec tacite nec expresse hypothecari seu pignorari: prout. s. dictū est. Et ita cōtrariū et melius tꝫ Spec. in ti. de pigno. §. j. ver. sꝫ nunq̄d adhuc feudū. puto tamē Bart. ibidē bene dicere, dum dicit in p̄dicta ḡnali hypotheca veniunt res emphiteotice, p. d. l. lex vectigali fundo. ff. de pig. quamuis contrariū ꝛ male tꝫ Lud. ro. ibi: in hoc reprehēdēs Bar. ꝛ r̄ndens ad. d. l. lex vectigali. qđ ibi pignoratio fuit facta de consensu dñi: quia imo res emphiteotice nō sunt ꝓhibite pignorari, etiam sine consensu dñi: vt hac gl. cōiter per oēs approbata: vt. s. audiuistis. ¶ Ex hac ergo parte glo. in p̄cedente tenuistis qđ emphiteota sine requisitiōe ꝯsensus domini potest donare, legare, heredem institueres ꝛ pignorare rem emphiteoticam. ¶ Unde succes

a ¶ Et q̄n sit. addꝫ do. i l. si ita qs ꝑmiserit. in §. ea lege. ff. de vb. ob. et in. l. peto. in §. fratre. de leg. ij.

b ¶ Nūquid emphiteosis. addꝫ doc. in. l. tutor. §. fi. ff. d. pign. acti. doc. in c. eccl'ia vestra. el. ij. de elec.

c ¶ Qđ lꝫ decima. Adde l. qui vniuersas. in. §. j. ff. de acq. pos. et in. c. cām. de prescrip. ꝛ i. c. ꝓhibemus. de decimis.

d ¶ An dñs. adde Ja. de bel ꝛ docto. post eū in. l. tutor. i fi. ff. d pig. ac. p. l. ij. C. de vsuf.

e ¶ Cum feudū non possit. adde i. c. imperialis. in. §. j. de ꝓhi. feud. ali. per loth.

siue esset videndū de multis alijs questionibus: videlicet nunqd
a emphiteota[a] sine ɔsensu dn̄i possit dare in dotē, possit infeudare,
possit in emphiteosim dare, vel locare, ⁊ de nōnullis alijs cū simi.
Sed vt seruem ordinē quem in principio huius.l.sum pollicitus,
reseruabo.j.in q̄stiōibus extra glo. ¶ In ea.glo.ibi.l.si vsusfru-
ctus noie.de hoc dicite: prout late dixi in.l.ij.in glo.mag.in verbo
85 repellere.in pe.parte princi.vbi glo.etiā idē tāgit.s.eo. ¶ † In ea.
glo.ibi: an simpliciter ꝙ ius emphiteoticū vendat. habetis que-
b stionē formatā ⁊ non solutā: an qn̄ dn̄s[b] est contentus ꝙ emphi-
teota vendat seu alienet ius emphiteoticū in aliū: an tunc emphi
teota teneatur alienare saluo expresse iure dn̄i, an vero possit sim
pliciter alienare. Et fm̄ Sali.hic: ideo glo.non respōdet: q2 forte
vtor verbis suis: inter hec duo non est differentia, an emphiteo-
ta alienaret saluo iure dn̄i: an simpliciter tāꝙ emphiteota. Addo
tn̄ qd̄ Spec.in.d.§.nunc aliqua.in ver.xcj.⁊ ibi Jo.an.faciētes mē
tionē de hac glo.videnť determinare ꝙ semper emphiteota de-
beat vēdere iure dn̄i saluo.allegāt.l.C.de fundis patri.lib.xj.et.ix.
q.iij.c.saluo.veritatē audietis statim in proxi.q.⁊ ad hāc partem
glo. videte q̄ dixi in prima parte prin.huiꝰ glo.in.ij.q.prin.ibidē
posita dum tetigi de emphiteota ecclesie: an possit vēdere saluo
iure ecclesie: quid in priuato: videte etiā que dicam.j.in qōnibus
extra glo.dum ponam de emphiteota alienāte saluo cōsensu dn̄i,
vel saluo honore dn̄i, an cadat a iure suo emphiteotico, si aliter
eius cōsensum nō requisiuerit. ¶ Juxta hanc partē glo.vt nihil
86 omittať, quero ad eius declarationē ⁊ intellectū quid si emphi-
teota simpliciter vēdit vel alienat fundū emphiteoticū, an dicať
vendere pleno iure, an solū illud ius quod h3 in re emphiteotica.
Pe.⁊ Cy.hic in.iij.q.tenent ꝙ emphiteota simpliciter vendendo
videtur vendere solū ius quod h3 in re emphiteotica.per.l.qui ta
bernas.ff.de 3hen.emp.idem tenet Spe.in.d.§.nunc aliqua.in.§.
in ver.xciij.per.d.l.qui tabernas.⁊.l.si domus.§.fi.ff.de leg.j.et.l.
si finita.§.si de vectigalibꝰ.ff.de dam.infe. ¶ Hāc cōclusionē limi
tat Sali.hic in.iij.col.⁊ bene, vt pcedat qn̄ emphiteota venderet
fundū vt emphiteota, vel superficiarius: ⁊ sic cum sua qualitate,
qualis ipse est, vel aliqua verba pferret ex qbus appareret eū nō
habere plenū ius in illa re: secus si vēderet vt qlibet nihilo in 3riū
apparēte: quia tūc pleno iure videreť vendere: ⁊ ita etiā tenet ipse
Sali.in.l.j.in fi.s.de 3hen.emp.⁊ idē qd.s.sc3 ꝙ emphiteota ven-
dens simpliciter, videať tn̄ vendere ius qd h3: tenet etiā Pau.de
elea.in cōmēto.d.c.potuit.in.ij.vel.iij.colū.vbi etiā ad hoc allegat
d.l.qui tabernas.et.c.pastoralis.extra de dona.et.c.qd aūt.extra
de iurepatro.idē tenet Pau.de ca.in.l.serui electoine.§.fi.de leg.j.
87 ¶ † Quid aūt sit cōtra, in dn̄o directo: cōcedēte in emphiteosim
fundū: an videať in totū cōcedere, an solū partē illā in qua ius ha-
bet: ponit Bal.in.l.vnica.in antepe.col.in ver.sed quid si dominꝰ
emphiteosim paternā ⁊c.C.qn̄ nō peten.par.⁊ ibi singulariter
determinat ꝙ solū ius ipsius cōcedētis videať esse cōcessum, per
88 d.l.qui tabernas. ¶ † In ea.glo.in fi.tenetis ex hac vltima parte
c glo.ꝙ qn̄ secūdus[c] emphiteota vult rē emphiteoticā alienare in
aliū, ꝙ tenetur requirere cōsensum directi dn̄i, ⁊ nō primi emphi-
teote: ⁊ cū hac cōclusione transeunt doc.hic: ⁊ inter ceteros Sali.
hic: in.iij.col.qui pro hac cōclusione adducit bonum tex.in simili
in.l.filium.ff.ad macedo.idem tenet Azo in summa huius titu.
in ver.sed queri pōt.⁊ Hosti.in summa titu.de loca.in.§.fi.in ver.
sed quid si dedi tibi rem.⁊ Spe.⁊ Jo.an.in.d.§.nūc aliqua.in ver.
cxxvj.⁊ late Bal.in.c.j.§.insuper.in versi.illud.in pe.colū.et seq.in
ver.qro ergo cuius parabola requirať.de phi.feu.alie.per Fede.
⁊ ibi est glossa in.d.ver.illud.vbi etiā per Bald.qd in scd̄o feuda-
tario volēte feudū alienare in casibꝰ pmissis an debeat requirere
ɔsensum primi feudatarij an directi dn̄i: ad terminos nostros te-
net Bal.vt dixi qd secundus emphiteota volens alienare tenetur
requirere consensum directi dn̄i: ⁊ nō primi emphiteote: allegat
Azonē vbi.s.⁊.d.l.filium.ff.ad mace.⁊.l.lucio.in argu.ff.de aqua
quoti.⁊ esti.⁊.l.si ita.ff.de vsu ⁊ habita.et bonā rōnē: quia primus
emphiteota alienando desinit esse dn̄s, cum directū dominiū non
haberet.sed tantū vtile, qd in scd̄m emphiteotā transtulit. Item
desijt naturaliter ⁊ ciuiliter possidere: vt notatur in.l.si vt certo.§.
si duobus.s.cōmo.⁊ ideo consensus eius non d3 requiri: quia non
